ne ſuper altare S. Margarete. Hoc adteſtantur *Fridericus de Swintpach & frater eius Chouno de Marchelinhoven & Hainricus Longus de Cundelenchoven & Hainricus prepoſitus eiusque filius Hainricus & Gotſcalcus de Stetehaim & Walthere de Chraiburc. Adilo de Boutenperch. Prune de eodem loco. Liebart de Walde. Adilo de Lanzingen. Friderich de Maiſenperc. Goteholt de Bettenhaim Kadelhoch de Gheginhaim. Sigiboto de Irenchingen.*

Idem *Egilolfus* longo & deliberato conſilio proponens ire Ieroſolimam poſuit manſum unum in loco, qui dicitur Spethrain pro duobus talentis ſuper altare S. Margar. ea voluntate eaque intentione, ut cum ipſe de peregrinatione eſſet reverſurus propria manu ſua ſolveret: & ſi non rediret, quod nullus de amicis ſuis poteſtatem ſolvendi haberet, ſed ſine vexatione & absque omni contradictione in poteſtate eiusdem eccleſie pro ſalvatione anime ſue perpetuo iure permaneret. H. r. t. ſ. *Hainricus de Bobendorf. Erneſt de Frantenhuſen.*

NUM. XCIII. circa An. 1150.

Quedam ſoror nomine Willibirch delegavit dimidium manſum apud Aſchach cum mancipiis Sigifrido eiusque filiis ſuper altare S. Margarete. Illius rei teſtes ſunt, qui in tercia traditione ſuperius nominati ſunt.

NUM. XCIV. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quia quedam vidua domini *Frideberti de Sundermaringen* nomine *Liutkardis* tradidit quoddam predium, quod dicitur Regilperc ea ratione eoque tenore ſuper altare S. Margarete, quatinus filius eius Craſte ab eiusdem loci fratribus reciperetur, & ſecundum Regulam S. Auguſtini in communem vitam nutriretur. H. r. t. ſ. *Gotſchalch de Stetheim*

ſcheim & filius eius Gerolt. Witigowe de Horbach. Crafte de Velitwen. Engilpreht de Truna.

NUM. XCV. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quia dominus *Adilpertus de Geren* predium quoddam, quod habuit in loco, qui dicitur Wiere, ſcilicet villicalem curiam, & dimidium manſum & molendinum unum cum mancipiis illis, que ſua propria erant, & cum ſilvis & pratis exitibus & reditibus ceterisque pertinentiis tradidit per manum *Chounonis conſobrini* ſui *de Megelingen* ſuper altare S. Margarete Boumpurc preſente advocato *Marchione Engilberto*, ad communem uſum fratrum ſecundum regulam beati Auguſtini ibidem viventium.

Idem *Adilpertus* aliud predium, quod habuit in loco, qui dicitur ſtudahe, videlicet villicalem curiam & dimidium manſum cum illis mancipiis, que ſua erant propria, cum ceteris pertinentiis & cum omni iure, quo ei deſervierat, delegavit per manum *Wernheri cuiusdam nobilis viri de Gepenhaim*, ſuper altare S. Margarete Boumpurc pro remedio anime ſue omniumque ſuorum debitorum. H. r. t. ſ. *Adilpertus eiusdem Adilperti filius. Chono de Megilingen, & filius eius Chouno. Hartwic de Route. Oudilrich de Aribingen. Wernhere de Gepenhaim. Pernhart de Aigileſwanc. Kadelhoch de Monte S. Emmerammi. Dietrich de Roumelſtorf. Perhtolt de Richpreteſtorf. Warmunt de Poumburch. Perhtolt de Hunthaim. Pergarius de Hawarteſchirchen. Eccolf de Poſſenmunſtoure. Oudilrich de Boutenperc. Walthere de Chreiburc. Chouno de Snaitſe. Otvox de Grabenſtat. Roudolf de Surberc. Gotſcalch de Stetehaim, & duo filii eius Adilpreht & Gerune. Friderich & Otto de Etenuelt. Ebe de Wazzerpurc. Sefrit de Geren. Volcholt de Rameſove. Chounrat de Megelingen. Eſcwin de Chemmelingen. Wolfhart de Chirchperc. Hart-*

mout de Bendishaim. Arnolt de Weſterperc. Gerolt de Weſterperch Pabo de Moſen. Hartman de Aihach. Meginhart de Tomingin. Walthere Mercator, Hartman de Weſterperc. Reginger de Talehaim. Roudbertus de Cheridorf. Reginhart de Cholbarn. Haimo de Haimingin, Oudälrich de Poſſenmunſtare. Roudolf de Megelingen.

NUM. XCVI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus, quod quidam frater nomine *Chounrat de Widach* cum uxore ſua Adilheide tradiderit dimidium manſum in loco, qui dicitur Herigoltingin & duo mancipia Heribordum & Gotelindam ſuper altare S. Margarete Boumpurc pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Erchinger de Widach. Gebolf de Widach. Gerhart de Trühtlaichingin & Marcwart miles eius de Flepere.*

NUM. XCVII. circa An. 1150.

Dominus *Warmunt de Tetilhaim* delegavit quoddam predium apud Carriſthaim per manum Gotſchalchi prepoſiti, ſicut petivit frater ſuus *Eppo* in extremo articulo vite ſue, ſuper altare S. Margatete Boumburc pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Walthere de Chreiburc. Liebart de Walde. Hainrich de Boubendorf. Wernhart de Swintpach. Adilram de Gerin. Walthere Mercator.*

NUM. XCVIII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus hominibus, quod quidam comes nomine *Haiericus de Lecgeſmunde & Miniſter eius Adelbreht de Boubendorf* tradiderunt quoddam predium ad altare S. Margarete in loco, qui dicitur Suvirſt, uterque pro remedio anime ſue per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Volmari de Raiten.*. Hoc adteſtantur filii comitis *Hainrici, Volchrat & Hainricus. Luitolt de Ratten. Sifrit & frater eius Roudolf de Truneſtorf. Giſilbreht de Purchaim. Friderich de Swintpach.*

No-

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quedam virgines Iudita scilicet, & Diemout soror eius de Swintpach, tradiderint predia sua, que habuerunt apud Moroltestorf in manum fratris sui *Adilberti* ad tutandum & servandum ecclesie S. Margarete Boumburc pro remedio animarum suarum, omniumque Parentum suorum. Hoc adtestantur *Hartman de Tachingen. Altolf eiusque frater Eppo de Engelhartesheim. Ratolt de Swintpach. Wolfhart de Chirperc. Walther Mercator. Swithart Hartman & alii multi.*

NUM. XCXIX. circa An. 1150.

Notum sit omnibus hominibus, quod quidam nobilis homo nomine *Oudilrich de Arbingen* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium in loco, qui dicitur Tiusstade pro remedio anime sue & omium parentum suorum. Hoc adtestantur *frater eius Luipolt. Walthere & serviens eius Hainrich de Chraiburc. Oudilrich de Poutenperc. Hartwich de Scalchen. Gotscalch de Arbingen.*

NUM. C. circa An. 1150.

Notum sit omnibus, quod quidam frater nomine *Ekehardus nobilis homo de Arbingin* predium suum, quod habuit in loco, qui dicitur Friesingen tradidit ad titulum S. Margarete Boumburc pro remedio anime sue omniumque Parentum suorum. H. r. t. s. *Oudirich de Foulenpach. Roudiger de Route. Hartman puer de Aichach Asawin de VVichkersaim. Roudolf de Gunzingin. Hainricus de Megilingin.*

NUM. CI. circa An. 1150.

Quidam *Hainricus de Gundelenchouen* ministerialis comitis *Hainrici de Lecgesmunde* delegavit supet altare S. Matgarete Boumrpurc predium, quod habuit in villa, que dicitur Swintpach, ad filiam suam Gerdrudim ibidem secundum regulam S. Augustini erudien-

dam. Hoc adteſtantur *Adilpertus puer de Geren eiusque milites Herlieb. Hartlieb. Chouno de Marchilnhoven. Adilpero eiuſque frater Ratolt de Swintpach.*

NUM. CII. circa An. 1150.

Miles *Perngarius de Hawarteschirchen* tradidit curtem unam Chadelsdorf per manum prepoſiti Gotſcalchi ad Titulum S. Margarete Boumburc pro remedio anime ſue omniumque debitorum ſuorum, uxore ſua *Benedicta* petente & conſentiente. Hoc adteſtantur *Hartman & Gerloch de Touningin. Cumpolt de Route. Dittrich de Swintpach. Marcwart Bonalter. Hainricus miles. VVernhart de Swintpach. Perngerfilius domini VVirintonis. VVillihalm de Riſpach.*

Idem Perngarius rogavit patrem ſuum *Wolframum* in extremis vivens, ut predia ſua, que jure poſſederat hereditario ex eodem patre ſuo, & que in matrimonio acceperat ab uxore ſua *Benedicta*; videlicet vineam unam Ratispone & aliam apud Pateringin, villicalem curiam apud Sibenchoven & curiam unam apud Harthuſen & aliam apud laytingin, & unam apud Lohen, & predium illud, quod habuit apud Hawarteſchirchen & Pezilineſtorf & Plerdorf; delegaret in manum domini *Sigihardi de Eberſpiunt* ad contutandum & conſervandum eccleſie S. Margar. Boumpurc. ſed idem pater aquieſcens devotis peticionibus filii ſui, coram domino Hainrico Ratisponenſis eccleſie venerabili epiſcopo prefata predia ita delegavit ſicut filius ſuus poſtulavit. Hoc adteſtantur *Hartpreht de Ahaim. Engelſcalch de Ratinpach & frater ejus Perhtolt de Sconenpere. Oudalricus vice dominus de Leren. Sigihart de Eberſpiunt, & alii, qui in ſuperiori traditione nominati ſunt.*

NUM. CIII. circa An. 1150.

Quedam ſoror nomine *Adilhait de Wintpozzingin* delegavit predium ſuum apud Wintpozzingin per manum patris ſui *Adilonis*

lonis nobilis viri de Poutenperc ad titulum S. Margar. Boumpurc cum IV. mancipiis Friderico. Perhta. Hainrico. Mahtilt pro remedio anime ſue omniumque ſuorum parentum. *Adilo de Lanzzingin* hoc adteſtatur. *Idunc de Weſtenperc. Friderich de Eſtor. Adilpreht de Schachen. Cottepolt de Chirchpere & filius ejus Cottipolt Wolfhart & Walthere mercator.*

NUM. CIV. circa An. 1150.

Perſpicuum ſit & notabile tam futuris, quam preſentibus, quod quidam *miles de Haigerlock*, nomine *Hartnidus* predium ſuum, quod in eodem loco hereditario jure poſſederat ſcilicet; in vineis in agris, in pratis, in ſilvis, exitibus & reditibus tradidit & delegavit ad titulum S. Margarete Boumburc tum pro remedio anime ſue omniumque debitorum ſuorum tum pro pecunia unius & XX. talentorum. Hoc adteſtantur *Petnhart, & miles ſuus Adilpero de Lapide. Eppo de Engilhartshaim. Pilgrim de Froſchaim. Oudilricus junior de Poutenperc. Gerloch de Touningin.*

NUM. CV. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Liburdis* nomine miniſterialis S. Petri ratispone, pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat in montanis in loco, qui dicitur houſpach & miouliten cum mancipiis. Hoc adteſtantur *Walthere de Chreiburch. Eccolf de Warte Hainrich Stroubouch. Erneſt de Frantenhuſen. Adalram & Ebo & Hartlieb de geren. Wernhart de Swintpach. Oudilrich de Riſpach. Perhtolt de Hunthaim.*

NUM. CVI. circa An. 1150.

Perſpicuum ſit & notabile tam futuris quam preſentibus, quod *Outa ducisſa de Chreiburch* tradidit ad altare S. Margarete vila

ligalem curiam & molendinum cum mancipiis silvis & pratis exitibus & reditibus Rota. Hoc adteſtantur *Walther de Chreiburc. Gotſcalcus & filius ejus de Stetehaim. Heinricus, Sigehart & frater ejus Hartwicus de Titemaningin. Wernherus de postenpere. Regnold de Gromendorf.*

NUM. CVII. circa An. 1150.

Parrochianus quidam Moinhardus nomine de Grabinſtat predium quod habebat in loco qui dicitur miterpouhiln per manum Gotſcalchi prepoſiti tradidit ad altare S. Margarete Boumburc. Hoc adteſtantur *Otcoz de Grabenſtat. Luitolt de Sieſtorf. Otto de Truna. Erchinger de Tetinmos. Marcwart de Harda. Nortpreht de Tounigen.*

Idem parrochianus per manum fratris ſui *Otgozi* tradidit ad altare S. Margar. Boumburc quinque mancipia; Rapotonem & fratrem ejus Oudilricum & ſororem ejus - - - pro V. denariis annuatim perſolvendis. Hoc adteſtatur hi qui & ſuperius.

NUM. CVIII. circa An. 1150.

Frater quidam nomine Eberhardus pro remedio anime ſue tradidit ad altare S. Margarete predium quod habebat in loco, qui dicitur pouſinhuſen. Hoc adteſtatur *Oudilrich de Poutenpere.*

NUM. CIX: circa An. 1156.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod dominus *Gotſcalcus de Statehaim* delegavit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habuit Sten cum mancipiis, quibus poſſeſſum erat, eo jure, quo ipſi ſervierant in preſentia advocati domini ſui *Engelberti & uxoris ſue Marchion.* Hoc adteſtantur *Oudalſtich & filius ejus Wicpoto de Torringen. Counradus & frater ejus Engilbertus de Lantprehtshaim. & tres filii ipſius traditoris Adalberti.*

tus. Gerunc. Heinricus. Otto de Sundermaringen. Wernherus de poutenperch.

NUM. CX. circa An. 1156.

Memoriale sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Suithardus boumpurgensis ecclesie famulus tradidit super altare S. Marie in capitolio predium, quod emptum habebat in loco, qui dicitur Pircha, ea lege & eá conditione, ut penitus nulla immutaretur ratione, quin precium luminariorum ejusdem altaris foret in perpetuum. Tali etiam conditione aliud predium, quod a Wolfhardo socio suo emerat in loco, qui dicitur Niwengademen tradidit ad altare S. Nicolai in capella. Harum traditionum testis est *Cotpolt de Chreiperch. Altolf & Eppo de Engilhartishaim. Swithart & Eberwin de Asprehtshaim. Fridepolt de Pircha.*

NUM. CXI. circa An. 1156.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, quod quidam frater *Reginoldus de Frowendorf* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc. predium, quod habebat in loco, qui dicitur Dauthala cum IV. mancipiis quinque denariorum censu in annalium persolvendis. Videlicet Manegoldum. Hagenonem. Irmgardem. Luikardem. H. r. t. l. *Waltherus de Chreiburch. Hezil de Piurpach & filius ejus Reginoldus. Prouno de Poutenperch Merhoto & Adalpertus & Geroldus de Frowendorf. Liebharth. Adalpertus de Veltkirchen.*

NUM. CXII. circa An. 1156.

Quidam Roudolfus *nomine de Pissemos* tradidit ad altare S. Margarethe Boumburc per manum Aframmi presbiteri ejusdem loci predium quod habebat in loco, qui dicitur gouingen pro remedio anime sue omniumque parentum suorum. Hoc adtestantur

Bald-

Baldwinus, Heinrich de Hohenouwe. Eppo de Tiſenhaim. Dittrich de Othmaringen. Hainrich de Megelingen.

NUM. CXIII. circa An. 1156.

Memoriale ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis comitis *Sigifridi Harundus nomine de Luibenouwe* tradidit ad altare S. Margarethe Boumburc per manum *Epponis* conſocii ſui predium quod habebat in loco, qui dicitur - - - pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum. Hoc adteſtantur *Comes Sigfridus. Eppo de Eberhartingen. Raffolt de Friedolfingen.*

NUM. CXIV. circa An. 1156.

Quidam clericus nomine Luitpoldus de Luitenpach licentia domini & domine ſue de *Geren* tradidit per manum *Gotſcalci* prepoſiti ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat Tuiſſtath. hac de cauſa, ut filii ejus duo *Oudilricus* & *Heinricus* ibidem nutrirentur. Hoc adteſtantur *Otgoz de Grabenſtat. Luitolt de Siſſiorf. Otto de Truna. Erchenger de Tetenmos. Marcwart de Harde. Nortpreht de Toumigen.*

NUM. CXV. circa An. 1156.

Notum ſit omnibus hominibus, qualiter quidam puer ſcolaris nomine Gotſcalch tradidit predium unum ad altare S. Margarete in loco, qui dicitur Waltgerſtorf, pro nutrimento doctrine ſue aut ſi iniret communem vitam pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Pernhart de Steine & milites ſui Wolfram. Aſiw. Ludowic. Pernhart de Gepenhaim. & miles eius Hartwich de Perga.*

NUM. CXVI. circa An. 1156.

Notum ſit omnibus hominibus, qualiter duo fratres nomine *Watthere & Heinrich* dederunt quoddam predium in locis, qui

qui dicuntur Magerſpach & Miterenchirchen ad altare S. Margarete pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Walthere de Chreiburch & filius ejus Sibote & Hainrich & Rapoto de Etinueldin & Otpreht.*

NUM. CXVII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis homo nomine *Oudalſcalch de Torringen* tradidit ad altare S. Margar. quoddam predium in loco, qui dicitur Haiger, partem pro filia ſua, partem pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Wolthere de Chreiburch. Hartwich de Titenanpingen. Hainrich & Oudilrich filii illius Oudilſcalchi. Ortolf & Engelpreht de Torringen.*

NUM. CXVIII. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Pernhardus de Lapide* per manum filii ſui *Walchouni* tradidit ad altare S. Margarete Boumburch quoddam predium in loco, qui dicitur Spinelwanc & aliud quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Luiteshuſen pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. *Heinricus de Hegelin. Wolframus de Offenwanch. Wolframus de Harpholteshaim. Gotpoldus de Chirchperch. Aſcwinus de Chennelingen. Ludewicus de Pirchach. Ekhardus de Chirchſteten. Adalbero de Lapide. Otwinus de Winſprunnen. Chounradus de Tallhaim.*

NUM. CXIX. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Wärmundus de Perga* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam predium in loco, qui dicitur Perga, pro remedio anime Matris ſue omniumque parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Gerhardus de Truhtlaichingen & Pilgrimus. Gotpoldus & filius ejus Pabo de Chirchperch. Hartmanus de*

Weſtirnberch. Meinhardus & frater ejus Meingoz & Hermannus de Touingen. Pabo de Ruita.

NUM. CXX. circa An. 1160.

Noverit tam futura, quam preſens etas, quod quidam Arnoldus miniſterialis *comitis Gebehardi de Sulzpach* tradidit ad altare S. Marie Boumburc quoddam predium in loco, qui dicitur Talechirchen per manum *Regenoldi de Selehouben* pro remedio anime ſue.

NUM. CXXI. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Comes Sigifridus de Liubenowe* quoddam predium aiche nominatum ad altare S. Margarete tradidit. Hoc adteſtantur *Reinbertus de Perha. Oulſcalcus & filius ejus Wicpoto, Alram de Torringen. Eppo de Liubenowe. Eppo de Eberhartingen. Chouno comitis predicti miles.*

MUM. CXXII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus hominibus, quod quedam nobilis mulier nomine *Chounigunt de Hunpreteshuſen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam predium, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Poungarten ea ratione & eo tenore, quatenus duo *liberi ejus Walchôunus & Chounigundis* in eodem loco ſub regulari diſciplina nutrirentur. H. r. t. ſ. *Warmundus de Perga, & milites ſui Otto, & Meriboto, Roudegerus de Hunpreteshuſen. Arnoldus de Weſtirnberch. Warmundus de Tetilheim. Hainricus longus de Marchilchouen.*

NUM. CXXIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus in Chriſto credentibus, quod quidam nobilis Clericus nomine *Egilolfus de Gerzen* delegavit per manum cujusdam nobilis viri *Roudolfi* ſuper altare S. Margarete Boumburc totum predium ſuum, quod habebat in loco, qui dicitur

Pouben-

Poubendorf ob salutem sui & animarum sibi creditarum. H. r. t. f. *Hartman de Nuztorf. Engilbertus de Sundermaringen. Ditricus de Wangen. Chounradus de Perga. Luitoldus de Aichaim. Roubertus de Waginnen. Pertholdus de Salzpurch.*

NUM. CXXIV. circa An. 1150.

Notum sit omnibus Christianis, quod quedam *Ducissa de Chrez-burch nomine Outa* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium, quod habuit in loco, qui dicitur Zirnisach juxta aquileiam XX. mansos per manum cujusdam nobilis viri *Hadmari de Halusen.* Hoc adtestantur *Warmunt de Perga & Merbeto. Friderich & Uto & Roudeger de Etenuelden. Megenhart de Malgersdorf. Hartherus & Herwicus de Ahaim. Halewicus de Andorf. Hainricus de Karcholtesperge. Liebardus de Urowendorf.*

NUM. CXXV. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quedam mulier nomine *Hospirn de Swibre* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc mansum unum cum VII. mancipiis in loco, qui dicitur Geincheim, Engilbertum videlicet, & uxorem suam cum filiis & filiabus ea ratione, ut *filia ejus* stabiliretur in ordine S. Augustini filiis & filiabus consentientibus. H. r. t. f. *Otto filius ejusdem. Pertoldus & Aribo de Swibre. Wirm. Oulrich. Pilgrim. Willihalm de Wolmpach. Gotpolt & Wolfhart de Chirchpere. Liebardus de Urowendorf.*

NUM. CXXVI. circa An. 1150.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quedam nobilis mulier nomine *Urougart de Chennelingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc per manum filii sui *Adilperti* quoddam predium in loco, qui dicitur Taitingen pro remedio anime viri sui. H. r.

t. ſ. *Gerhardus, Pilgrimus & Emicho de Trahtlaichingen. Ekehardus de Chirchſtete. Ludewicus de Firchach, Adalbero de Lapide.*

NUM. CXXVII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quedam nobilis mulier nomine *Giſila de Sieſtorf* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium in loco, qui dicitur Patinhaim pro remedio anime ſue, & omnium debitorum ſuorum. Hoc adteſtantur *Hartman de Nuztorf. Luitolt de Sieſtorf & miles ejus Gerhart de Spacinroute.*

NUM. CXXVIII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis comitis *Volchardi nomine Hartwich de Marchelcheuen* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium in loco, qui dicitur Swintpach pro remedio anime fratris ſui & omnium parentum ſuorum & molendinum unum poſt terminum vite ſue. H. r. t. ſ. *Altolf de Engelharteshaim. Oudilrich de Hunthaim.*

NUM. CXXIX. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis *Marchionis Engilberti nomine Hainrich, filius Eberhardi de Marcwartſteine* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium in loco, qui dicitur Chepffingen pro remedio anime ſue, & pro aliqua ſubſtentatione fratris ſui Ottonis. Hoc adteſtantur *Arnoldus albus, & Gotfridus filius ejus. Eberhardus pater illius traditoris.*

NUM. CXXX. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam latinus nomine Walthere emerat predium ab Arnoldo albo uxore ſcilicet & filiis ſuis conſentientibus in loco, qui dicitur Maiſinperch & emptum tradidit per ipſius manum ad altare S. Margarete

rete pro remedio anime ſue. Hoc adteſtantur *Gotfridus filius ejus, Erniſt de Urantenhuſen & ſervicus ejus Erneſt. Walthere mercator.*

NUM. CXXXI. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam *miniſterialis Marchionis Engilberti nomine Gotfridus de Weſterberc* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam predium in loco, qui dicitur Chouſtichelingen pro quadam pecunia. H. r. t. ſ. *Arnoldus patr ejusdem, Wicpoto de Tortingen. Erneſt de Urantenhuſen. Rahewinus de Veltkirchen & Heinric.*

NUM. CXXXII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus in Chriſto credentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Winido de Piburch* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc poteſtativa manu predium, quod habebat in loco, qui dicitur Tagmarſpach cum mancipio nomine Wichardo ad V. denarios pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Megingoz de Premminshoue. Otto de Uſhuſen. Wichart de Tagmarspach. Sigboto de Gern. In preſentia venerabilis Matrone de Gern nomine Sophie.*

NUM. CXXXIII. circa An. 1147.

Notum ſit omnibus viris & mulieribus, quod quidam nobilis homo nomine *Warmundus de Boumburch* delegavit ad altare S. Margarete Boumburc dimidium pontem cum pratis & lignis iſta parte jacentibus pro redemptione anime ſue, & pro omnibus a ſuis ſuorumque manibus depopulatis, ſive liberos aquireret, ſive non. Hoc adteſtantur *Pilgrimus & Gerhardus de Trutlaichingin. Chounradus & Otto & Hadmarus de Tallheim. Altmanus & Merbeto, Perhtoldus & Pabo de Perge. Meginhardus & fratres ejus Herman & Megingoz de Toungen.*

Idem etiam *Warmundus* tradidit ad altare ejusdem S. Margar. molendinum juxta pontem & curtem unam Talehaim cum mancipio nomine Perngario. Hoc adteſtantur idem, qui & ſuperius eo ſcilicet tenore, ſi de hac non reverteretur Chriſti expeditione.

Idem etiam *Warmundus* tradidit ad ipſum altare Geroldum & uxorem ejus Giſilam & Luitoldum *de Laiſingles* pro V. denariis eo ipſo tenore id teſtantur hi, qui & ſuperius.

Idem etiam Warmundus delegavit ad ipſum altare mancipia cottidiane ſervituti dedita, Chounigundam & quecunque habebat in orientali plaga. Id adteſtantur hi, qui & ſuperius.

Quidam etiam homo nomine *Engilmarus* per ipſius Warmundi manum tradidit ad idem altare predium quod habebat in loco, qui dicitur Houlwin: ea ſcilicet conditione, ſi non reverteretur de hac expeditione. Hoc adteſtantur hi, qui & ſuperius.

Notum ſit omnibus, quod quidam homo nomine *Otto* ejusdem *Warmundi* miles de Talhaim tradidit ad altare S. Margar. Hiltigundam & liberos ejus ad quinque denarios eo tenore, ſi de hac Chriſti non reverteretur expeditione. Hoc adteſtantur hi, qui & ſuperius.

NUM. CXXXIV. circa An. 1150.

Notum ſit etiam omnibus, quod quidam homo nobilis *Roudolfus, Roudolfi filius de Flors* tradidit ad altare S. Margar. predium, quod tradidit ei pater ſuus in loco, qui dicitur flors in colle & valle cum exitibus & reditibus, quando non viveret pater ejus. Id adteſtantur hi, qui & ſuperius.

NUM. CXXXV. circa An. 1150.

Idem notum ſit omnibus, quod *Comes Henricus de Leikmound uxore & filiis ſuis conſentientibus* tradidit ad idem altare per legatum

gatum ſuum ſcilicet fratrem Patonem quartam partem manſi unius in monte, qui dicitur Stolperch. Hoc adteſtantur hi, qui & ſuperius.

NUM. CXXXVI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod quidam homo *nobilis Adalbertus de Gern* tradidit ad altare S. Margar. Boumburch Roudegerum de Pezlinſtorf cum predio ſuo pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Ondilricus de Arbign. Roudegerus de Grompach & ipſius traditoris milites Wernherus & Wernhardus. Geroldus de Mermoſ. Sigbot de Stetehaim. Hermanus de Perga.*

NUM. CXXXVII. circa An. 1150.

Sciant omnes fideles, quod quidam miniſteriales *Marchionis Engilberti Arnoldus & filius ejus Ditmarus* tradiderint ad altare S. Margar. Boumburc quoddam predium, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Brouningen cum mancipio uno Hartmano pro remedio anime Cotfridi filii ſui & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Wolframus de Offenwanck. Wolframus de Harpholteshaim. Sifridus de Gozprehtingen. Gebolfus & Paldwinus de Paldelingen. Hartmuth de Bemdlieshaim. Gerungus de Engilpreteshaim. Engilpertus de Wethenshaim, & frater ejus Adalpertus. Fridericus de Hatperch. Wernhardus de Gridorf.*

NUM. CXXXVIII. circa An. 1150.

Item notum ſit omnibus, quod quidam clericus nomine *Marchardus de Lezmchirn* tradidit ad altare S. Margarete mancipia duo Perhtoldum & Reginbertum in proprium ſervicium pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. Hoc adteſtantur *Otto de Grubenſtat. Pilgrimus de Froſchaim. Ditmarus de Weſterpere. Gerungus de Talheim. Adalbero de Lapide. Altmannus de Holzwin. Waltherus Mercator.*

NUM.

NUM. CXXXIX. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Oudalſcalcus de Lourenſpere* per manum auunculi ſui nobilis viri nomine *Oudalricis de Owenchouen* tradidit ad altare S. Margarete Boumberc predia, que habebat in locis Mourenſperc, Weſſenperc. Route. Wiſm. Excepto uno prato, quod tradidit ad eccleſiam ſuperiorem Ditfurten cum exitibus & reditibus, pratis & ſilvis, cultis & incultis ita, ut poteſtative tenebat, ſic etiam delegabat pro remedio anime ſue & parentum ſuorum & omnium debitorum ſuorum. Hoc adteſtantur *Oudalricus traditor ipſius & frater ejus Wernhardus. Hartmanus de Tounigen. Altolf de Engelharteshaim. Wernher de Humpreteshuſen. Wicpoto de Torringen. Luitpoldus & frater ejus Chouno de Ponloch. Pabo de Moſin. Pilgrimus. Harmuth de Benedicteshaim. Rondger de Agilchouen. Adalbero de Lapide. Loudwicus de Pircha. Adalpertus de Waltbalmingen. Adalbertus de Toungen, & alii quam plures.*

NUM. CXL. circa An. 1150.

Sciant omnes fideles, quod quidam miles nomine *Ditricus de Heroltesbaim* tradidit ad altare S. Margarete Boumburch tria mancipia Heinricum, Hompertum. Adelhaidam ſingulos ad V. denarios annuatim perſolvendos. Hoc adteſtantur fratres ejus. *Merkpto, Raewinus. Et Reiwinus de Hechingen.*

NUM. CXLI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus, quod quedam matrona nomine *Mathildis de Truthlaichingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat in loco, qui dicitur Hergoltingen. Preſentibus & adtradentibus filiis ſuis; eo tenore, ut filie ſue ſub communem vitam ordinate, eam quam poſſet neceſſitatem, ſublevaret. H. r. t. ſ. *Pilgrimus, Emicho, Fridericus, Arnoldus de Truhtlaichingen. Ir-*

lingerus

chingerus de Widach. Wernherus de Poutinperch. Sighot de Mernmos. Roudegerus de Tunfeld. Chounradus & frater ejus Otto de Talkaim.

NUM. CXLII. circa AN. 1160.

Notum fit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Marcwart de Holzhouſen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat in loco, qui dicitur Riouthaim cum tribus mancipiis pro remedio patris ſui omniumque parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Pilgrimus de Truhtlaichingen. Altolf de Engilharteshaim. Perhtolt de Engelhartingen. Purchart de Richartingen. Haimo de Riouthaim.*

NUM. CXLIII. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus, quod quidam homo nomine *Roudolfus de Peſſemos* tradidit per manum *Enzemanni de Pebenhaim* ad altare S. Margarete quidquid in eodem loco habere videbatur. Hoc adteſtantur *Wolfhart de Chirchpere. Ditmar de Peſſemos. Adalbero de Loobaringen.*

NUM. CXLIV. circa AN. 1160.

Sciant omnes fideles, quod quidam *Roudegerus* nomine de *Miterchirchen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc manſum unum, quem habebat in loco, qui dicitur Frozenperch pro remedio anime ſue nec non parentum ſuorum. Hoc adteſtantur *Adalgerus & Rapoto frater ejus de Kimpere. Luipoldus de Truhtlaichingen.*

NUM. CXLV. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus hominibus, quod quidam Clericus nomine *Othmarus de Hergoltesfelden* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc per manum cujusdam Wergandi nobilis viri predium, quod habebat in loco, qui dicitur Rintpach. H. r. t. ſ. *Pilgrimus & Emicho de Truhtlaichingen.*

NUM. CXLVI. circa AN. 1120.

Quidam autem homo *Heinricus* nomine de *Goundelchouen* per manum cujusdam *Oudalrici* nobilis viri tradidit ad altare S. Margarete predium, quod habebat in loco, qui dicitur Engelmarsperc cultum & incultum cum exitibus & reditibus pro remedio anime sue & parentum suorum. H. r. t. s. *Heinricus Possessor ipsius, Warmundus & filius ejus Warmundus Engelwan de Steten. Adalbero de Lopide. Eticho & Meinhardus de Truna. Gebehardus Forhtlybi filius de Widach. Luipraht de Routhaim.*

NUM. CXLVII. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam Clericus nomine *Gotscalcus de Fouwilnpach* tradidit per manum cujusdam nobilis viri *Oudalrici de Owenchouen* ad altare S. Margarete Boumburc hereditatem suam, quam possederat cum vinea, quam habebat in loco, qui dicitur Cholnpach cum VII. mancipiis Rouzone scilicet & aliis. Ipsam vero hereditatem cum hisdem mancipiis fratre ipsius pro quadam vinea & alio censu ad terminum sue vite suscipiente, quam etiam vineam tradidit ad altare S. Margarete per manum ejusdem traditoris *Oudalrici.* Hoc adtestantur *Wernherus & miles ejus Marquardus de Hærde. Oudalscalcus & milites ejus Engilbertus, & Cotzpoldus de Torringen. Chuounradus & fratres ejus Perhtoldus & Engilbertus de Lamprehteshaim & miles ejus Chadoloch. Rackwinus de Feltchirchen. Gerungus de Engilpreteshaim. Nordwinus de Mannolteshaim. Hartmanus de Richartingen.*

NUM. CXLVIII. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus, quod *Comes Otto de Reginstouff* Proulensis ecclesie advocatus tradidit ad altare S. Margarete per manum nobilis viri *Oudalrici* peticione Abbatis & fratrum suorum quoddam predium in orientali plaga situm in loco, qui dicitur Haizindorf

stolorf & vineam Marchonfurtam cum regimine suo legitimo concambio. H. r. t. f. hi, qui & superius.

NUM. CXLIX. circa An. 1160.

Item *Udalramus de Champ* ostrohuisensium advocatus peticione prepositi Truhtmari & fratrum suorum, & per manum supradicti *Oudilrici* tradidit ad altare S. Margarete villicalem curiam in loco, qui dicitur Piscolfstorf legitimo concambio. Hoc adtestantur hi, qui & superius.

Sciant etiam omnes, quod *Gotscalch de Gudenchouen* tradidit per manum ejusdem *Oudilrici* ad altare S. Margarete predium, quod hereditario jure possederat in loco, qui dicitur Gudenchouen. Hoc adtestantur hi, qui & superius.

NUM. CL. circa An. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quedam domina nomine *Chounigundis* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc per manum mariti sui *Engelrammi de Egirdach* quoddam predium, quod habebat in loco, qui dicitur Lonica pro redemptione anime sue parentumque suorum. H. r. t. sunt, *Otto & frater ejus Gerhardus de Truna. Hartmannus de Puttindorf. Ortolf de Scirarei. Gotscalcus de Uberse. Gotscalcus de Haich. Herrant de Egirdach. Gotefridus de Chirchtorf. Hartwicus & Gotefridus milites de Karinthia. Waltherus de Widach. Geholfus de Houbm.*

NUM. CLI. circa An. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Oudilricus de Arbingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc pro remedio anime sui fratris *Gerlohi* quoddam predium in loco, qui dicitur Echingen situm, domina *Hussicha ejusdem Gerlochi* uxore petente liberisque

consentientibus. H. r. t. s. *Chouno & Luipoldus. Luithwinus. Wezil de Arbingen. Chounradus de Tachingen. Diepoldus de Hellingen.*

Quidam miles nomine *Luipoldus de Arbingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam predium Widach situm pro remedio anime fratris & domini sui *Gerlohi* & sui parentumque suorum. Hoc adtestantur hi, qui superius sunt inscripti.

NUM. CLII. circa An. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quedam nobilis matrona nomine *Alta de Tebitshaim* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quoddam Aichach situm & aliud Attilental dictum & mancipia ad idem pertinentia pro remedio anime sue omniumque parentum suorum ad eundem locum translatorum. H. r. t. s. *Hartmanus de Touingen & miles ejus Rahewinus. Oudilscalcus de Wintherute. Otto & Geroldus de Teblishaim. Altmanus & Meriboto de Perga. Hartmout de Benedicteshaim. Roudolf de Trunwalhen.*

NUM. CLIII. circa An. 1160.

Quidam ministerialis *Heinrici Comitis de Frantenhusen* nomine *Herwicus de Zandi* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quoddam Waltherstorf situm pro remedio anime sue parentumque suorum. H. r. t. s. *Heinricus Comes predictus. Hartwicus de Prucca. Roudegerus de Eigelshoven. Gerungus de Stetteheim. Heinricus de Albenowe.*

NUM. CLIV. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Sefridus de Gozprehtingen* ministerialis S. Roudberti delegavit fratri suo *Prunoni de monte S. Benedicti* predium, quod habebat Zilrstat in loco, qui dicitur Ramsowe ad tutandum & conservandum ecclesie S. Margarete Boumburch. H. r. t. s. *Waltherus de Chrenburch. Pruno de Pouten-*

Poutenperch. Ditmar de Weſterperc. Otto & Pruno de Lanzingen. Engilbertus de Groumental.

NUM. CLV. circa An. 1160.

Quidam miniſterialis *Engilberti Marchionis de Chraiburc Warmundus nomine de Tetilheim* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam molendinum cum omnibus ſuis pertinentiis in loco, qui dicitur Wiſmoule. H. r. t. ſ. *Sigehart de Ellenchouen. Otto & Warmundus filii ejusdem traditoris. Hartwicus de Tittenanningen. Chounradus. Perhtoldus & Engilbertus de Lamprehteshaim. Haimo de Friesmannen. Cotpoldus de Petenhaim. Hartman de Froschaim.*

NUM. CLVI. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis *Marchionis Engilberti Pruno* nomine de *Poutenperc* conſentiente & petente uxore ſua tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat, in villa, que dicitur Frazelſtorf, & manſum unum in loco, qui dicitur Zesmanningen. Hoc adteſtantur *Pruno filius ejus. Gerunch de Stetehaim. Engilbertus de Sundermaringen. Marcwart de Albratſwich. Cotpoldus de Petenhaim. Fridericus de Meiſinperch.*

NUM. CLVII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Perhtoldus de Lamprehteshaim Miniſter Marchionis Engilberti* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc per manum cujusdam *Otonis de Miterhouten* predium quod habere videbatur Widach. Hoc adteſtantur *Wolfram de Hærpholteshaim. Wernher & Marcquart de Hærde. Otto de Sundermoningen. Hartman de Tunigen. Chounradus de Tachingen.*

NUM. CLVIII. circa An. 1160.

Item notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *miniſterialis Comitis Rapotonis* k) *Ebo nomine de Etenuelt* tradidit ad altare

S. Margarete Boumburc manſum unum in loco eodem ſcilicet *Ennuelden* in loco, qui dicitur Hinterdemshoolze. Hoc adteſtantur *Pruno frater ejusdem Ebonis & Rapoto. Durench de Etenueit. Gerlohus de Wiære.*

k) De Ortenburg.

NUM. CLIX. circa AN. 1160.

Item notum ſit omnibus, quod quidam miniſterialis Marchionis Engilberti *Wernherus de Hærde* pro remedio anime uxoris ſue *Richkardis* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium quod habebat in montanis in loco, qui dicitur Rotenpach. H. r. t. ſ. *Herbort de Hebingen. Reginolt de Selehouben. Adelbertus de Ratoltesdorf. Timo de Hærde. Waltherus de Mandolteshaim. Reginolt. Diesmar. Engelpreht de Chnofingen.*

NUM. CLX. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Roudolfus de Volres* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium quod habebat in loco, qui dicitur Suates per manum *filii ſui Gebolfi* pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. *Adelbertus de Lapide, & alius quidam Adelbertus.*

Quidam miles *Rapoto* nomine ad altare S. Marie poſt obitum ſuum, vel ſi cauſa Dei, manente vita, placuiſſet eo carere predium quod volres ul'aichahe habebat per manum predicti domini ſui *Gebolfi* pro mercede eterne retributionis tradebat. H. r. t. ſ. proxime præſcripti teſtimonii viri.

NUM. CLXI. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod *Dominus Gebolfus* frater noſter predium, quod habebat Volres, quod hereditario accepit *a Patre* ſuo nobili viro tradidit ad altare

S. Mar-

S. Margarete Boumburc pro remedio anime patris ſui omniumque parentum ſuorum. Hoc atteſtantur *Altolf de Engilharteshein. Gerunc de Talchaim. Wolfram & filius eius Friderich de Silva. Hunolt. Harmont de Benedicteshaim. Adalo de Lanzingen. Herbort de Richartingen. Albero de Lapide. Ebervin de Aſprehteshaim.*

NUM. CLXII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis *Comitis Gebehardi de Sulzpach Chounradus nomine de Tachingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habebat Hucgingen poſt obitum vite ſue pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Hoc atteſtantur *Adalbero de Lapide & alius quidam Adalbertus. Rapoto de Volres. Waltherus de Foro.*

NUM. CLXIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis *Marchionis Engelberti de Chreiburch Wernherus de Poutenberch* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habebat in montibus in loco, qui dicitur Litin. Uxor ejusdem *Wernheri Adelheidis* nomine tradidit ad altare S. Margarete manſum unum in loco, qui dicitur Grube & curtem villicalem in loco, qui dicitur Grantperch cum familiis & omnibus ad ipſum predium pertinentiis ad *enutriendam filiam ejus Luikardam* ſecundum regulam beati Auguſtini. Hoc adteſtantur *Gerunch de Talhaim & isdem Wernherus. Hartwicus de Hage. Engilbertus. Herwicus Gebehardus de Widach. Altman de Pram. Fridericus Paraſitus.* k)

k) *Paraſitus*, famulus domeſticus, cui dominus victum præbet. Item alio ſenſu præfectus colligendo frumento a fidelibus oblato. Prior ſenſus hic præferendus videtur.

NUM.

NUM. CLXIV. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod dominus *Arnoldus de Westerberch* ministerialis Marchionis *Engelberti* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habebat in loco, qui dicitur Sewevhen pro remedio *filii sui Gotfridi*. H. r. t. s. *Hartman de Nuztorf, & filius Hartman, & filius illius Otto. Warmunt, & frater ejus Otto de Tetilheim. Otto de Sundermaringen. Ditmar, & fratres ejus Wernher, & Arnoldus de Westerperch. Hartwich de Hage. Heinriens de Albinowe. Deginhart, & frater ejus Adelbero. Chounrat, & frater ejus Otto de Talheim.*

NUM. CLXV. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod dominus *Walchounus de Lapide* a Magistro nostro preposito Cotscalco consensu tocius congregationis ambulatorem pro tribus talentis emit, & insuper totum predium, quod in pratis, lignis, & in aquis a lapide predicto circa partes Trune usque ad pontem Altisone suum & suorum esse dicebat in precium ejusdem equi redimendi super altare S. Margarete delegavit. Ejusdem delegationis testes sunt *Pernhardus filius patrui predicti Walchouni. Gerunch de Talheim. Adalbero de Rouithaim. Ekehardus de Chirchsteten. Aribo de Adalhartingen.*

NUM. CLXVI. circa AN. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam ministerialis *Marchionis Engilberti Trounto* nomine *de Antwrte* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habebat Antwerte pro remedio anime sue omniumque parentum suorum. Hoc adtestatur *Gerunch de Talheim.*

NUM.

NUM. CLXVII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam plebanus nomine *Engelbertus de Engelmounteſperge* tradidit ad altare S. Margarete quoddam predium, quod emerat a cognato ſuo, nomine etiam eodem, pro XII. talentis pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum. Predium autem ſitum eſt in loco, qui dicitur Starze. Hoc adteſtantur ipſe cognatus ejus nomine *Engelbertus. Gerhardus & Chounradus de Frantenhuſen. Aſcwinus de Chirchperch.*

NUM. CLXVIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod in conſecratione Boumburgenſis eccleſie *Marchio Engelbertus* ejusdem eccleſie advocatus & uxor ejus nobiliſſima *Mathildis* predia, que apud Fradelſtorf habuerunt, larga & potenti manu ſuper altare S. Margarete tradiderunt & eccleſiam, ſicuti ſanctio legum exigit, firmo & perpetuo jure dotaverunt. Hujus autem dotationis ſollemnis actio habita eſt in preſentia Epiſcoporum videlicet Salzburgenſis eccleſie Archiepiſcopi Eberhardi & Ratisponenſis eccleſie Hartwici, item in preſentia Brixinenſis eccleſie Hartmanni, aderant etiam huic actioni ſubſcripti Principes. *Comes Rapoto. Comes Heinricus de Urantenhuſen. Comes Sigfridus de Lubinouwe. Comes Heinricus de Wolfrathuſen. Comes Sigiboto de Niuwinburch. Walchounus de Lapide. Oudilricus de Arbingen. Chadelhoch de monte ſancti Emmerami. Walchounus de Hirzorn. Waltherus de Chreiburch. Chouno de Snattſe. Engelrammus de Egirdach. Sigboto de Surberch. Chounradus de Herrantesberch.*

NUM. CLXIX. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus, tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo *Adalbertus de Richartingen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium ſuum pro remedio anime

ſue, & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Heinricus de Rouue. Hartmanus de Richartingen.*

NUM. CLXX. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *miniſterialis Marchionis Engelberti, Hartwicus nomine de Hage* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc predium, quod habebat in loco, qui dicitur Winthage pro remedio anime ſue & uxoris ſue, omniumque parentum ſuorum. Hoc adteſtantur filii ſui *Hartwich. Wernhart. Albreht. Aribo. Oudalſcalcus de Torringen. Chounradus de Etmuelden. Wernhart de Hornbach. Eppo & filius ejus Luitolt de Selitte. Gerunch de Talehaim.*

NUM. CLXXI. circa AN. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſto credentibus, quod quidam *miniſteriālis Marchionis Engelberti Oudalſcalcus nomine de Torringen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc quoddam molendinum ſitum Wiſenmoul, tum pro remedio anime ſue, tum etiam ut nutriretur *filia ejusdem nomine Chounigundis ibidem ſecundum regulam beati Auguſtini in monaſterio Virginum.* Hoc adteſtantur *Adelbertus & Hadolt frater ejus de Ratolteſtorf. Totilo miles ejusdem Oudalſcalci. Rapoto de Volres.*

NUM. CLXXII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus futuris & preſentibus concambium, quod cum domino *Hainrico ſtrenuiſſimo* Duce fecimus domino Adelberto fideliter diſpenſante & rationabiliter mediante. Dedit namque ipſe Dux nobiliſſimus S. Margarete manſum unum in loco, qui dicitur Piſcolſtorf. Hoc adteſtantur *Palatinus Comes Fridericus. Comes Eckebertus de Poutene. Comes Gebehardus de Purchuſen. Comes Sigfridus de Luibenouue. Audelbertus Abbas de Chremesmunſtre. Megenhar-*

genhardus, qui dicitur prepositus Ranshouen. Eppo Parrochianus de Loufen. Oudalricus, & filius ejus Purchardus de Lapide. Altmannus de Siginburch. Luipoldus. Otto & Rafoldus do Rore. Eberhardus de Prunouwe. Hainricus & Gebolfus de Purchufen. Hainricus de Stefiningen & Heinricus de Widach. Luipoldus Dapifer ejusdem Ducis, & alii, quam plures miniſteriales regni.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus concambium cum Duce ſtrenuo Bawaiorum Heinrico legitime factum. Dedimus enim nos illi manu advocati noſtri *Engilberti Marchionis Iſtrie* curtem unam Piſcolſtorf. Ille vero manſum unum Hawarteſchirchen verſa vice nobis delegavit. Hoc adteſtantur *Engilbertus Marchio Iſtrie & frater ejus Comes Rapoto. Comes Gebehardus & filius ejus Perngerus de Sulzpach. Otto Prefectus Urbis Ratisponenſis. Palentini Comites Otto & Fridericus. Heinricus de Stouffe. Erchenbertus de Mosbach. Heinricus de Widach. Otto de Rore. Adelbertus de Houtte.*

NUM. CLXXIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Sighardus de Tutemanningen* predium Engilperg, quod habebat, in manu *Marchionis Engilberti* eo tenore delegavit, quatenus ad altare S. Margarete Boumburc incunctanter delegaret. H. r. t. f. *Chouno de Megelingen. Wolfram de Dornberch. Pabo de Eringen. Waltherus de Chreiburch. Pruno & Wernherus de Poutenberch. Fridericus de Gundelprehtingen. Roudbertus de Chreidorf & filii ejus Otto & Heinricus. Chouno de Snattſe. Chouno de Hærde. Adalbertus, & frater ejus Hadoldus de Ratalteſtorf. Heinricus & Wicpoto de Torringen. Chounradus de Huwenhaim. Gerunch. Heinricus. Sigboto fratres de Stetehaim. Eboto de Merinmos. Ditmar de Weſterberch. Hartwicus de Hage. Hartwicus de Haigirloch, & alii quam plures.*

NUM. CLXXIV. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis *domini Heinrici Kartanenſis Ducis nomine Sigehardus de Titemaningen* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc per manum domini Engelberti Marchionis de Chreiburc quoddam predium, quod habebat in loco, qui dicitur Engilperge pro quodam alio predio, quod eadem eccleſia poſſederat in loco, qui dicitur Zirminzach, prefato Duce annuente & domino Gotſcalcho ejusdem eccleſie prepoſito legitimo concambio hoc diſponente. H. r. t. ſ. *Comes Sigiboto de Niwenburch. Hartmanus de Nuztorf. Oudilricus de Sinſc. Pilgrimus de Eſcinowe. Hartwicus de Haga. Hartmanus de Tunigen. Chouno de Snattſe. Otto de Grabinſtat. Fridericus de Selihouben. Chouno de Harde. Pilgrimus de Uroſchaim. Oudilricus de Torringen. Chounradus de Tachingen. Heinricus de Chreidorf. Gerungus de Tallhaim, Marcwardus de Tegirndorf. Pabo. Hartmanus & Aſciwinus & Eberhardus de Chirchperc. Eberhardus de Hornbach. Gerlohus de Tunigen. Erchingerus de Widach. Oudilricus de Egilſe. Meginhardus de Tiſenhaim. Otto de Laideratingen.*

NUM. CLXXV. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Hartwicus de Haigirloch* tradidit ad altare S. Margarete Boumburc tria jugera predii ſui ſita in eodem loco, pro remedio anime ſue, & uxoris ſue nomine *Irmigarde*. Hoc adteſtantur *Wicpoto, & frater ejus Heinricus de Torringen. Gerungus de Tallhaim. Wernhardus de Hornbach, & Priuignus ejusdem Hartwici. Pernhardus & alii, quam plures.*

NUM. CLXXVI. circa An. 1160.

Item notum ſit omnibus, quod quidam miniſterialis *Marchionis Engilberti de Chreiburch nomine Hartmannus de Petendorf* tradidit

ad

ad altare S. Margarete per manum cujusdam cognati sui *Heinrici de Albenouwe* predium quoddam, quod a preposito Chimsensi, & a fratribus ejus concambio quodam habebat situm in loco, qui dicitur Petendorf. Hoc adtestantur *Otto de Mosen. Chouno & filius ejus Chouno de Snattse. Heinricus & frater ejus Siboto de Stetehaim. Sigmarus de Lapide. Fridericus de Escenouwe. Gotscalcus de Sundermaringen. Heinricus. Ekehardus de Fouchten. Outolfus de Cozisthia. Chounradus, & frater ejus Meginhardus de Marcwartesteine.*

NUM. CLXXVII. circa An. 1160.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam ministerialis *Comitis Rapotonis nomine Roudgerus* delegavit ad altare S. Margarete per manum fratris sui *Walchouni* presente filio suo, & consensu ipsius, nomine *Roudgero*, quoddam predium situm in loco, qui dicitur Scefenouwen pro remedio anime sue omniumque parentum suorum, nec non pro remedio anime *Ducis Engilberti* a quo prefatum predium habuerat. H. r. t. s. *Otto. Adalbero frater ejus. Hartwicus de Hage. Fridericus de Escenouwe. Roudgerus filius ejusdem Roudegeri. Heinricus.*

NUM. CLXXVIII. circa An. 1160.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod quidam parrochianus nomine *Fridericus de Oberhusen* tradidit ad altare S. Margarete per manum fratris sui *Chounradi de Luitratestorf* predium quoddam situm in loco, qui dicitur Wettinestorf pro remedio anime sue omniumque suorum parentum. Traditio autem facta est presente Comite Heinrico cujus rei etiam testis est & *Chounradus de Prucke. Chounradus de Luitratestorf, & filius ejus Chounradus. Adelbertus de Gozoltzhusen. Adalbertus, & frater ejus Oudalricus de Tispach. Rudolfus. Chounradus. Adalbertus de Pinzcouwe.*

NUM. CLXXIX. circa An. 1160.

Notum ſit etiam hoc omnibus, quod quidam miniſterialis Comitis *Heinrici nomine Luitoldus de Eigelchouen* tradidit ad altare S. Margarete per manum predicti Chounradi pratum ſitum Marchelchouen & predium in loco, qui dicitur Wambrehteſperge pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum. Cujus rei teſtes ſunt, qui & ſuperioris traditionis.

NUM. CLXXX. circa An. 1160.

Notum ſit univerſis, quod quidam homo nomine *Hartmanus de Richartingen* tradidit ad altare S. Margarete per manus filiorum ſuorum Hartmani & Heinrici ſitum in predicto loco quoddam predium. Hoc adteſtantur *Aribo de Harolfingeu. Aſcwinus de Chirchperc. Gerhardus & Engilbertus frater ejus de Truhtlaichingen.*

NUM. CLXXXI. circa An. 1165.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Comes nomine *Heinricus de Lechesgemundo* tradidit ad altare S. Margarete quoddam molendinum in loco, qui dicitur Wicelndorf poſt mortem ſuam. H. r. t. ſ. *Adelbertus de Gozholtesſuſen. Otto de Haslach. Ortolfus de Carinthia. Chounradus de Truhtlaichingen. Heinricus de Marchwarteſteine.*

NUM. CLXXXII. circa An. 1165.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis *Comitis Rapotonis nomine Walchounus de Hirzor* tradidit ad altare S. Margarete quoddam pratum ſitum in eodem loco.

Notum ſit etiam omnibus, quod frater ejusdem Walchouni *Albero nomine de Tuiffhatt* tradidit ad idem altare quoddam predium ſitum in loco, qui dicitur - - - pro remedio anime ſue omniumque

que ſuorum parentum. Harum traditionum teſtes ſunt *Walchoinus frater ejusdem. Gundachre de Apenhaim. Eberhardus de Hornbach. Gotfridus de Hærde. Chounradus miles Walchouni de Hirzar. & Walchounus filius ejusdem ſororis. Aſcwinus. Hartmanus de Chirchperch, & alii complures.*

NUM. CLXXXIII. circa An. 1165.

Notum ſit omnibus, quod quidam nobilis Clericus nomine Hermannus moriens Bononie delegavit in manus domini *Chunradi comitis de Frantenhuſen* predium quod habuit in loco, qui dicitur Zewalde in Pinzgou eo pacto, quatinus jam dictum predium ad altare S. Margarete Boumburc traderet. Quod ita factum eſt preſentibus teſtibus *Gelfrado de Liutrateſtorf. Chunrado de Rettenberc & fratre ejus Hainrico de Frantenhuſen Alberto de Tispach.*

Noverint omnes, quod quidam miniſterialis comitis *Rapotonis* nomine *Serhel de Pulperc* cum manu *Uxoris ſue Richzen* tradidit quoddam predium, quod dicitur Hoswake tum pro equo duorum talentorum tum pro remedio parentum ſuorum. Hoc teſtantur *Perhardus Fulſach. Hartmœnnus. Marquardus de Prunne. VVernhardus de Hornbach conſocii Eppo Otto de Tiſenhaim & ipſe traditor.*

NUM. CCXXXIV. circa An. 1195.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis Comitis Rapotonis *Eckardus de Fuchten* quoddam mancipium nomine Diemont cum filio ſuo Alberto annuentibus filiis ſuis ad altare S. Margar. Boumburc ad quinque denarios contradidit. Hoc teſtantur *Walqunus de Lapide, & eius filius Rapoto. Aſcuinus de Pha-*

fenbere, & eius frater Pernhardus. Aſcwinus de Alhartingen. Albertus de Walthalmingen. Arbo de Scranchpoum.

Noverint omnes homines, quod quidam homo Boumburgenſis Eccleſie Rawinus nomine de Fohendorf S. Margarete tradidit quoddam mancipium nomine Dietmar. Hoc teſtantur *Ditrich de Ruthen. Gotſcalcus de Perge. Fridericus de Talheim. Waltherus de Foro.*

Notum ſit omnibus, quod quidam miniſterialis Comitis Rapotonis *Ditricus de Cholbaren* ad altare S. Margarete tradidit Boumburg predium, quod ſitum eſt Fralſtorf pro remedio *fratris ſui Chunradi* & omnium parentum ſuorum delegavit. Hoc teſtantur *Chuno de Frenkingen. Pruno de Cherburch. Albertus de Gundelbrehting.*

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod Bernhardus Fulleſach conſentiente uxore ſua quandam Irmingardin cum omni poſteritate ſua tam filiis quam filiabus ad cenſum quinque denariorum ſuper altare S. Margarete delegavit. Et ne ullius improbitas huic donationi contraire poſſet, factum ſuum ſubſcriptione teſtium confirmavit. Teſtes ſunt igitur *Albertus de Truthleichingin. Engilbertus Grunouge.* Hoc tamen interpoſito, quod prememoratus Bernhardus Fulleſach hanc donationem ſuper Irmingarde de poſteritate ſua ſibi licere ſacramento comprobavit.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Chounradus de Grabenſtat* tradidit quoddam mancipium nomine Diemonde ad altare S. Margarete Boumburc ad cenſum quinque denariorum cum omni poſteritate ſua.

NUM. CCXXXV. circa AN. 1207.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod Dominus *Wernherus de Miterenchirchen* miniſterialis *Palatini Comitis Rapotonis* tradidit predium

dium ſuum in loco, qui dicitur Zerpirchen ad altare S. Margarete Boumburc pro remedio anime ſue omniumque Parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Wernherus traditor & miles ſuus Ulricus. Heinricus de Cherofingen &c.*

NUM. CCXXXVI. circa AN. 1207.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Touta de Torringe* uxor domini *Wipotonis* ſecundum ordinatiſſimam diſpoſitionem ſui in extremis agentis predium ſuum Aich ad altare S. Margarete Boumburc pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum delegavit. H. r. t. ſ. *Ortolfus de Stefrunge. Siboto de Tetelhaim. Heinricus de Torringe. Heinricus de Tachinge, & filius ſuus Chounradus. Heinricus de Hage.*

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Wernherus* miles *de Raſimſe* pro remedio anime uxoris ſue Mathildis & ſue omniumque parentum ſuorum predium ſuum Perhach ad altare S. Margarete in Boumburc delegavit in uſum ibidem Deo ſervientium. H. r. t. ſ. *Gebihardus de Sconiſtetin. Roudigerus de Pharichirche & alii quam plures.*

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Chounradus de Wickorzign* tradidit beate Margarete curiam Wickorzign & duo pomeria & duas ſilvas & prata, & omnia que habuit culta & inculta preter tria jugera in quolibet campo unum, & parvum pratum & parum ſilve, quod dedit Tæching. Idem dedit nobis curiam in Hænneberc, iuxta vilſam apud celle, cum omnibus pertinentiis ſuis, cultis & incultis & hec dedit in manus presbiteri Eberhardi. T. h. r. ſ. *Heinricus Senior de Torring. Luitoldus de Trun. Chounrat Houtare. Altman de Tengelign & Sibot filius ejus. Otto & Gottſcalcus ſervi perpetui & alii quam plures.*

NUM.

NUM. CCXXXVII. An. 1201.

Notum ſit preſentibus & futuris, quod prepoſitus Eberhardus & capitulum Boumburg comparaverunt Gerdrudem cum filiis ejus Ortolfo & Friderico *a Hoholto milite de Olling* & ipſe tradidit eos ſuper altare beate Margarete ad cenſum V. denariorum cum pilleolo prepoſiti anno Domini MCCI.

EXPLICIT FELICITER AMEN. SCRIPTUM SUB ANNO DOMINI MCCVII.

MONUMENTA
RAITENHASELACENSIA.

MONUMENTA RAITENHASELACENSIA.

PRÆFATIO.

Raitenhaſelacum, noſtratibus Raitenhaslach, nobile eſt monaſterium Sodalium D. Benedicti, quos Ciſtercienſes vocant; ſitumque in Tetrarchia Burghuſana, ad tertium ab ipſo Burghuſio lapidem: in valle anguſta, anfractuoſa, quam alveum fere dixeris Salzæ fluvii, proxime illud labentis.

Sacra Raitenhaſelaci incunabula debentur Wolfhero Tegernwangenſi Comiti, ex illuſtri Abensbergenſium proſapia orto: qui annuentibus conjuge Emma Vohburgica, Dietpaldi Marchionis filia, filiisque Wolfhero & Heinrico An. 1143. VI. Kal. Nov. aſceterium Ciſtercienſium fundavit in prædio ſuo Schuzing, ad Alzam fluvium, infra Hohenwartenſe caſtrum ſito. Irruentia vero ſubinde in hanc partem Alzæ fluenta, cum exitium minarentur cœnobio vix exſtrui cœpto; translatum eſt illud An. 1146. in Parochiam Raitenhaſelacenſem; quam, de jure Salisburgenſis

Ecclesiæ; cujus jam ab Arnonis AEpisc. temporibus fuerat: exemtam, Wolfhero fratri ad pium hunc finem ultrò obtulit Conradus Archiepiscopus, disciplinæ regularis instaurator ferventissimus.

Tunc vero prædia, census, mancipia B. Mariæ Virgini in Raitenhaslach certatim sacravere nobiles, latisundiorum in ista regione domini: nempe ut ornarent locum, ubi humo mandari desiderabant omnes. Hinc ingens olim monumentorum in ipsa æde, ac in sepulcreto ipsi contiguo numerus: quorum maximam etiamsi partem deleverit vetustas invidiosa; servavit tamen cunctorum titulos solertia majorum, libris duobus, quos sepulturarum vocant, inscriptos. Damus illos in ultima carta Diplomatarii Miscelli Raitenhaselacensis: insignia singulis adjecta exhibemus in calce voluminis Tabulis quinque expressa.

Cæterum, extant in musco Abbatiali annalium Raitenhaselacensium Tomi duo, quos Joh. Conr. Tachlerus Diplomatum aliorumque Monumentorum fidem secutus, An. 1611. ingenti molimine congessit: restituit vero, novisque curis auxit, supplevit, emendavit, qui nunc asceterio celeberrimo præest, Rev. EMANUEL, Academiæ Boicæ Sodalis honorarius: Cui quidem quantum debeant Musæ nostræ, abunde testantur diplomata CXIV. ex tabulario Raitenhaselacensi locupletissimo nunc primum protracta: perenne monumentum humanitatis eximiæ Rev. Præsulis, suique in bonas litteras amoris.

Series

SERIES RR. DD. ABBATUM RAITENHASELANCENSIUM.

Gero Auer, 1146. † 1153.
Adelbertus † poſt 1179.
Conradus I. † poſt 1184.
Richerus † 1196.
Conradus II. † 1207.
Bertholdus † 1224.
Conradus III. † 1240.
Dietmarus † 1242.
Walterus † 1259.
Heinricus I. de Guntheim † 1262.
Rudolfus † 1264.
Conradus IV. de Hallerbruck † 1297.
Fridericus I. † 1302.
Ulricus I. † 1307.
Gebhardus Kalb † 1311.
Ilſingus † 1329.
Heinricus II. † 1338.
Ulricus II. Stempfer † 1350.
Fridericus II. † 1356.
Jacobus † 1364.
Andreas de Pfarrkirchen † 1368.
Seifridus † 1376.
Johannes I. † 1379.

Johannes II. † 1407.
Johannes III. † 1417.
Johannes IV. † 1438.
Leonardus † 1445.
Georgius I. † 1464.
Ægidius Steiner † 1481.
Johannes VI. † 1483.
Georgius II. † 1498.
Johannes V. † 1502.
Ulricus III. † 1506.
Georgius III. † 1542.
Christophorus I. † 1553.
Sebastianus † 1567.
Wolfgangus ref. 1590. † 1594.
Matthias † 1601.
Philippus † 1620.
Christophorus II. † 1624.
Daniel Adam † 1640.
Johannes VII. ref. 1658. † 1665.
Johannes VIII. ref. 1670. † 1676.
Gerhardus ref. & † 1676.
Malachias † 1688.
Candidus ref. 1700. † 1717.
Emanuel I. ref. & † 1733.
Kilianus † 1734.
Robertus † 1756.
Abundus † 1759.
EMANUEL II. MONU-

Da oppherten dy Herren Ir
aigen Lewt und auch Ir Gut.

MONUMENTA RAITENHASELACENSIA

Diplomatarium Miſcellum.

NUM. I. Heinricus III. Imp. donat Raffoldo cuidam prædium in Nathſtal. An. 1050.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Heinricus divina faventе clemencia Romanorum Imperator Auguſtus. Quisquis in noſtro ſervicio ſtrenuus & devotus manebit, huic apud nos certum premium ſemper paratum erit. Proinde omnium Chriſti noſtrique tam futurorum quam & preſencium noverit pietas fidelium, qualiter nos ob interventum noſtri thori ac regni conſortis, ſcilicet Agnetis imperaticis auguſte, ceterorumque noſtrorum fidelium *Chunradi Bawariorum Ducis*, & Nitgeri Friſingenſis Epiſcopi, Eberhardique Eichſtettenſis Epiſcopi ſervienti noſtro Rafoldo duos Regales manſus in villa Nathſtal, in pago Zidalaregove, in comitatu *Azzonis Comitis* ſitos, cum omnibus pertinentiis ſuis in proprium tradidimus, areis, edificiis, agris, pratis, campis, paſcuis, terris *cultis* & incultis, ſilvis, venacionibus, ſaginacionibus, lignorum inciſionibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus, reditibus, queſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, que ullo modo poterit provenire; ea ſcilicet racione, ut prefatus ſerviens noſter Rafoldus a modo liberam poteſtatem habeat communtandi, tradendi, precariandi, quicquit illi placuerit, inde faciendi. Et ut hec noſtre imperialis auctoritatis tradicio ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat

maneat evo, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data IV. Idus Febr. anno dominice Incarnacionis millesimo L. indictione IV. anno autem domini Hainrici Tertii Regis, Imperatoris secundi, ordinacionis eius XXIII. regni eius XII. imperii autem V. Actum Augusta, in Dei nomine feliciter Amen.

NUM. II. Donatio Heinrici IV. Imp. Rafoldo cuidam facta. An. 1079.

In nomine sancte, & individue Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Rex: notum sit omnibus Christi fidelibus nostrique tam futuris quam presentibus, qualiter nos ob interventum *Perthe* & regni, & thori socie ac *dilecti filii nostri Chunradi*, *Heinrici Patriarche*, *Megenwardi Frisingensis Episcopi* ceterorumque fidelium nostrorum, cuidam servienti nomine Rafold mansum regalem situm in villa Walde in pago *Elinigowe* in comitatu *Udalrici* cum omnibus appendiciis, areis, edificiis, terris cultis, & incultis, viis & inviis, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, que ullo modo inde pervenire poterit, in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus; insuper ancillam unam nomine Adelhait sibi dedimus. Ea autem conditione, ut idem Rafold deinceps liberam potestatem habeat eundem mansum possidendi, posteris reliquendi, vel dandi, cui voluerit: ita tamen, ne de nostra potestate pereat. Et ut hec nostra traditio firma, & inconvulsa omni evo permaneat, hanc cartam inde conscriptam & nostro manu ut infra videtur corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. S. Domini Heinrici quarti Regis victoriosissimi. Gebhardus Episcopus & Cancellarius recognovi an. Dom. incarnat. MLXXIX. Indict. III. IX. Kl. Nov. anno autem ordin. Domini Hainrici IV. Regis

Regis XXVI. regni XXIV. actum Ratispone. feliciter in nomine Domini Amen.

NUM. III. Carta Fundationis An. 1146.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Ego Chunradus per graciam Dei Salzburgenſis eccleſie Archiepiſcopus. Licet teſtante Apoſtolo, quod omne quod antiquatur & ſeneſcit prope ad interitum ſit; preſentem eccleſiam, effuſione ſacroſancti ſanguinis Chriſti in plenitudinem temporum redemptam & conſecratam, elabi & vacillare videamus: tamen in hoc noſtro tempore, in quo finis ſeculorum devenit, habundante iniquitate multorumque karitate refrigeſcente, Deus omnipotens, qui nunquam ſecundum diuicias bonitatis ſue humano generi defuit, multipliciter nos conſolatur: dum nobis in his diebus hominum, non Deum ſed ſemetipſos amancium, multis modis auxiliatur: denique dum propter perſeveranciam malorum & iuxta verba Iob dicentis: terra tradita eſt in manus impii diaboli: videtur magnum eccleſie ſue lumen accendere, dum ordinem Ciſtercienſem, qui preſentem mundum mentis virtute calcantes actu & habitu, ut paſſim in domo ſua, que eſt eccleſia, luceant, exaltavit, & dilatavit. Quia vero mediante divina cooperacione ad honorem Dei pro qualitate collate nobis induſtrie, eccleſiam noſtram adminiſtravimus & diſpoſuimus plures nos adierunt, doctrinamque noſtram profecuti ſua Deo *conferre* potiſſimum iudicaverunt. Factumque eſt divina preveniente inſpiracione, quod *VVolfkerus de Tegerwac* uxorque *eius Hemma* filii quoque eorum *VVolfkerus & Hainricus* predium ſuum Schutzing iuxta fluvium, qui dicitur Rota, Moſevogel, Deo & ſancto Ruberto contradiderunt, nobisque & ſucceſſoribus noſtris poſſeſſioni, proviſioni & defenſioni ad ordinem Ciſtercienſium Monachorum deſignaverunt: eo tenore, ut epiſcopali tradicione omne ius cenobiorum noſtrorum in collacionibus liberorum homi-

num vel miniſterialium noſtrorum irrefragabiliter poſſideant. Hos igitur fratres toto cordis affectu ſuſcipientes Abbatem illis Geronem nomine conſecravimus & ſtabilivimus. Conſiderantes autem ſitum loci non eſſe aptum illi ordini conſilio habito tradicionem ſuam fundatori reddidimus, ut concambium faciendum firmius faceremus. Alta itaque conſideracione conſilii ad habitacionem fratrum & ſitum cenobii atque ad prefatum ordinem obſervandum antiquam eccleſiam noſtram Raitenhaslach, que tunc vacabat, tradidimus, cum decimis, dote & familia, omnibusque neceſſitatibus, remota parrochia; inſuper & Tierolfingen manſum unum cum paſcuis, cultis & incultis, queſitis, & inquirendis & in ſilva, que vulgo dicitur *Amphinare vorſt* areamque Schuzing, quam a monachis ſancti Petri cambivimus, & paſcua portene ex noſtra tradicione illis perpetuum aſſignavimus; & receptum locum Schutzing atque Moſevogel ad ſuſtentacionem prefato abbati & fratribus reddidimus, ut per temporalia noſtra ſempiterna cum ipſis metamus. Confirmamus etiam pontificali auctoritate & banno eiſdem filiis noſtris cum tradicione illa omnia, que prefatus Wolfkerus illuc contulit, ſive alii, vel adhuc ab eo ſive ab aliis fidelibus conferenda ſunt: atque exinde preſens privilegium conſcriptum, noſtroque ſigillo inſignitum volumus, ut tam poſteris quam preſentibus hec fundacio & plantacio notificetur. Prime igitur tradicionis teſtes hii ſunt. Hainricus Epiſcopus Ratisbonenſis. Otto Friſingenſis. Romanus Gurcenſis. Gwido Dyaconus Cardinalis. Baldericus Abbas Salzburgenſis. Gebeno prepoſitus Salzburgenſis. Perhtoldus Abbas S. Emmerami. Gotfridus Abbas Admunten. & alii Abbates quam plurimi. Hugo prepoſitus Berthersgadenſis, Herwort Owenſis. Gotſchalcus Poumburgenſis, aliique prepoſiti, clerici, & Monachi multi, *Comes Luitoldus de Plein. Hainricus de Hegeln Adalbero de Werſen. Leutoldus de Hauerlant. Meingoz Pincerna. Durinc de Dietramningen* maximaque multitudo tam nobilium quam miniſteria-

frahum. Secunde quoque traditionis vel Concambii sunt testes. *Otto Episcopus Frisingensis. Romanus Episcopus Gurcensis. Hainricus prepositus Gurcensis. Hermanus prepositus Frisingensis. Engelrammus Archydiaconus. Laitoldus Capellanus, Engelbertus Marchio de Istria. Engelbertus Comes de Halle. Hartmannus & filius eius de Nuzdorf. Folchmarus de Liehtnstain. Hainricus de Hegelen. Engelschalcus de Priesach. Gotfridus de Wietingen. Rudolfus de Tunesberch. Meingoz pinserna & alii quam plurimi.* Actum Salzburge anno Incarnat. Dominice MCXLVI. Indictiene IX. Non. Iunii primo anno Eugenii Pape Regnante Chunrado Romanorum Rege. Suscepit autem hanc tradicionem & confirmavit reverendus Archiepiscopus Chunradus Salzburgensis Anno XLI. sui pontificatus.

NUM. IV. Confirmatio Eugenii III. P. M. de An. 1146.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Geroni Abbati, eiusque fratribus de Raitenhaslach tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devocio celerem sortiatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatum locum in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus: Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem Monasterium iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, Largitione Regum, vel Principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, quemadmodum a venerabili fratre nostro Conrado Salzburgensi Archiepiscopo vobis pia devocione collatus est. Windeberge cum omnibus appendiciis suis. Tierolfingen mansum unum, cum pascuis, cultis & incultis, quesitis

legitime & adquirendis; in ſilva que vulgo dicitur *Amphingervorſt* paſcua portene areamque Schudzing. In Ratisponenſi Epiſcopatu predium in loco, qui Moſefogel vocatur, ſicut a nobili viro *Wolfero* uxore quoque & filiis ſuis cum Capella vobis conceſſum eſt. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas exigere preſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernacione & ſuſtentacione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis apoſtolice auctoritate & dioceſanorum Epiſcoporum Canonica iuſticia. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove comonita, ſi non ſatisfactione digna emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Datum apud vicum per manum Gwidonis S. Romane Eccleſie Diaconi Cardinalis & Cancellarii V. Kal. Febr. Indictione X. Incarnationis Dominice Anno MCXLVI. Pontificatus vero Domini Eugenii Pape III. An. 4.

NUM. V. Donatio Curtis Windberge. An. 1146.

In nomine ſancte & individue Trinitatis ego Chunradus Salzburgenſis Archiepiſcopus. Nos qui in adminiſtratione Epiſcopalis officii mundanis negotiis implicamur, qui procellis hinc inde tundimus,

dimur, neceſſarium habemus, ut eos, quos videmus anchoram figere, & portum ſalutis petere de mamona iniquitatis amicos nobis faciamus, ut iuvamine orationis eorum in eterna habitacula recipiamur. Noverit itaque univerſitas credentium, quod fratribus de Raitenhaslach in alimoniam tradidimus curtem Windeberge dictam, apud Iſingowe ſitam & hoc fecimus in preſentia Domini Romani Gurcenſis Epiſcopi & prepoſitorum Chunonis de *Chiemſe*. Hugonis de Perhtersgaden. Gotſchalci de Bowenburch. *Hugonis* de Garze ſub priori Abbate predicti loci cui nomen Ger. Atteſtantibus *Engelberto Comite Hallenſi, Wilhelmo, Ruberto* comitibus ſuis, miniſterialibus quoque Eccleſie noſtre quam pluribus.

NUM. VI. Conradi III. Rom. Reg. donatio Rafoldo cuidam facta. circa An. 1150.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Chunradus divina favente Clementia ſue Regalis proſapie Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Bonus Homo de bono Theſauro Cordis ſui profert bona. Ea propter nos, ſiquidem Chunradus divina favente Clementia ſue regalis proſapie Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus notum facimus, qualiter *Raſoldus* miniſterialis Regni vir fidelis ac Deo devotus in odorem ſuavitatis Domino tribuens ac offerens duos regales Manſus in villa Schenperch, que prius vulgo dicebatur Mattſtat ſitos *in pago* Cidalaregeuue a Predeceſſore noſtro beatiſſime memorie Domino Henrico Romanorum Imperatore tertio Auguſto ſibi pro fideli obſequio ſuo, cum libera facultate quidquid ei placeret indo faciendi, in proprium donatos & regio privilegio ſibi ſtabilitos ad cenobium Raitenhaslach pro remedio anime ſue, ſine omni proſus contradictione contulit ac in proprium donavit: *viri* quoque *nobilis Manſum* unum in Waltendorf ſitum eidem Monaſterio & fratribus ibidem Deo devote famulantibus contradidit, & cum omni-

bus pertinentiis eius in perpetuum eis tradendum omni munime ſtabiliuit: nos etenim, quia decet omnium Chriſti fidelium curam gerere, predictum cenobium cum omnibus bonis ad id pertinentibus ſpecialiter & nominatim ſupra memoratis bonis ſub noſtram Tuitionem ſuſcipimus, & ne quis ea inquietare, imminuere, auferre violenter audeat vel preſumat ſub obtentu gratie noſtre precipimus. Quoniam vero ſicut regalis auctoritatis dignitas omnes alias prerogativa ſue Excellentie ſupereminet, & excellit; & minus rata ſunt univerſa ſine eius conceſſione vel confirmatione hanc noſtri ſigilli chartam tam teſtium Numero quam ſigni noſtri charactere firmamus & coroboramus addito, quod violator huius privilegii debet centum libras puri auri, medietatem nobis & aliam medietatem predicto cenobio h. r. t. ſ. Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus, Ortlieb Baſilienſis Epiſcopus Romanus Gurcenſis Epiſcopus Adamus Ebracenſis Abbas, *Heinricus Dux Carinthie, Otto Palatinus Comes, Hermanus Marchio de Baden, Engelbertus Marchio Iſtrie, Bertoldus Comes de Andehſe, Hartwicus Comes de Natterenberch, Bertoldus Comes de Bogen, Engelbertus Comes Halenſis, Chuno de Megilingen & alii quam plures.*

NUM. VII. Privilegium Heinr. Epiſcopi Ratisbon. Anno 1152.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Hainricus Dei gratia, Ratisbonenſis Eccleſie Epiſcopus Geroni Abbati de Raitenhaslach & eius fratribus. Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem; cuius beatitudinis conſortium cupientes adipiſci, prout expedire intelligimus: mandato apoſtolice ſedis libenter adquieſcimus, quo id cognoſcimus rationabiliter inſtitutum, ut a monachis proprio labore ac ſumptu colentibus terram ſuam non exigantur decime. Proinde vobis veſtrisque ſucceſſoribus fratres in Deo dilecti hoc preſenti ſcripto firmamus, imo ſcriptis apoſtolicis firma-

matum recognoſcimus, ut in Epiſcopatu noſtro de huiusmodi laboribus nullas perſolvatis decimas, aut etiam de animalium veſtrorum nutrimentis. Adicimus etiam de Capellis, quas *iure fundi* vel nunc poſſidetis, vel adhuc iuſta ordinatione per Dei gratiam poſſeſſuri eſtis, ut nullum in eis fiat miniſterium ſacerdotale niſi veſtri aſſenſus rationabili approbatione; firma & inconulſa vobis permanente predictarum Capellarum facultate in dotibus aliisque oblationibus: ea videlicet cautela interpoſita, ut parochiales Eccleſie a colonis, quibus divina faciunt, iuſtam ſubiectionem obtinentes per easdem Capellas non minuantur in ſubtractione alicuius iuſtitie ſibi a colonis debite; verbi gratia in decimis, in ſepulturis, in baptismo, & ceteris huiusmodi. Ne quis autem noſtre inſtitucionis paginam temere audeat violare, hanc noſtram ſubſcriptionem noſtri ſigilli impreſſione roboratam Panno quoque firmamus epiſcopalis noſtre auctoritatis: Ut ſi quis auſu temerario contra eam venire temptaverit, ſi non ſecundo ac tercio ammonitus, fuerit emendatus, eodem Banno teneatur aſtrictus, quoadusque factum ſuum corrigat, & condigne ſatisfaciat. Ipſam vero ſervantibus & nunc & in futura vita ſalus & benediccio domini perveniat. Amen. Amen. Amen. Datum Salzburch in preſencia domini Eberhardi Salisburgenſis Archiepiſcopi VII. Kalen. Iunii. H. r. t. f. *Heinricus Abbas de S. Petro. Hugo prepoſitus de Salzburg. Chuno de Chyemſe. Gerhoc de Richber. Gotſchalcus de Bounburch. Hainricus prepoſitus de Halla. Englbertus Marchio de Iſtria. Englbertus comes Hallens. Sigefridus comes de Liuowenowe. Luitoldus comes de Blaigen. Hainricus comes de Wolferathuſen. Luitoldus de Sidesdorf. Durinc de Werben. Udalricus de Leren.* & alii quam plurimi. Anno ab incarnacione domini MCLII. indicione XV. Anno primo regni Friderici Regis.

NUM.

NUM. VIII. Donatio Comitis de Burghauſen. An. 1156.

Noverint univerſi Chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quod ego *Gebhardus Dei gracia comes de Burchuſen cum dilecta coniuge mea Sophia vaccariam unam* in Riden ſitam V. Carratulis ſalis in Hallenſi ſaline expeditam de Patella, cui preeſt Cunradus pater noſter eccleſie beate Marie Raitenhaslach cum duobus mancipiis Reinhero videlicet & Altmano pro remedio animarum noſtrarum ac parentum noſtrorum ea condicione & auctoritate contradidimus, ut nullus poſterorum noſtrorum, cui iure hereditatis prefata patella obvenit hanc pietatis noſtre donacionem aliquomodo annullare preſumat. Siquis autem hec ſtatuta infringere non timuerit, iram Dei & beate Marie evadere non valebit, niſi digne ſatisfecerit. H. r. t. ſ. *Comes Sighardus. Comes Hainricus de Schalhach. Wernhardus & filius eius de Riden. Chuno Kamerarius. Magenſo de Turten & filius eius Otto de Hag. Hainricus de Churenbach. Dietricus de Marchlant.*

NUM. IX. Donatio prædii Altsberg. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus, quod ego *Sophia* Dei gracia *Comitiſſa de Burchuſen* predium quoddam in Altsperch ſitum eccleſie Raitenhaſlacenſi pro remedio anime mee & omnium debitorum meorum iure perpetuo ſub preſencia beate memorie Geronis Abbatis poſſidendum tradidi. Ne quis autem hanc pietatis elimoſinam Deo pro ſalute omnium fidelium animarum oblatam evacuare niſus fuerit, ſub tremendo Dei iudicio dehortamur. Ut autem hoc factum per ſucceſſiones temporum illibatum permaneat, hanc cartulam tam teſtium numero, quam ſigilli noſtri ſigno munitam reliquimus. H. r. t. ſ. *Magens de Torten. Magens Ruinf. Hainric de Holenſtein. Rudgerus Saltuarius. Dietmarus Thelonearius. Fridericus de Hinderberge, & duo*

& duo filii eius Gebhardus & Dietmarus. Rudgerus de Zichachen. & filius eius Meinhardus. Ebo de Bilazingn. & Fridericus filius eius. Poppo de Steinberch. Ortolf Finger. & alii quam plures.

NUM. X. Donatio Salinæ circa An. 1160.

Ego *Sophia Dei gracia Comitissa de Burchusen* omnes Christi fideles tam futuros quam presentes scire volo, Piscacionem in Grabenstat sitam ecclesie beate Marie Reitenhaslachensi a me post obitum mariti & filii mei traditam & quinque carratulis salis in Hallensi salina expeditam de Patella, cui providet Conradus cognomento pater noster; ut pro tali elemosina tam ego quam omnes, quorum fide teneor, apud Deum misericordiam consequantur. Siquis autem huic statuto contraire temptaverit, offensam Dei & beate Marie se incurrere eternaliter noverit, nisi digne satisfecerit. H. r. t. s. *Babo de Burchusen. Chouno Camerarius. Utricus de Hohenmose. Ainweich prepositus de Buren.*

NUM. XI. Protectorium Friderici I. Imp. An. 1165.

In nomine sancte & individue Trinitatis Fridericus Dei favente Clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Si circa loca Deo dicata & circa viros religiosos sollicita consideratione invigilantes, non solum rerum & possessionum collatione sed & defensione eis subvenimus; speramus huiusmodi pietatis opera ad remedium & salutem anime nostre pertinere. Notum sit itaque omnibus imperii fidelibus presentibus & futuris, quod respectu divine gratie & pro petitione dilecti consanguinei nostri Heinrici Ducis Bawarie & Saxonie allodium illud in Schönberch & in Walltendorf, quod *Rapoldus* predicti Ducis ministerialis Ecclesie S. Marie in Raitenhaslach, assenciente Duce Domino suo, pro remedio anime sue in perpetuam possessionem donavit presenti scripto eidem Ecclesie auctoritate imperiali confirmamus, cum om-

nibus appendiciis suis, agris, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, silvis, pratis, cultis & incultis & hominibus. Preterea eandem Ecclesiam cum ceteris possessionibus suis videlicet Schitere, Cremze, Cueberch, Patheringen, Rodeschuzing, Wentnheim, Lengental, Bercha, Windeberge, Chunratingen, Harde, Cidelere, perbule & cum universis adquisitis & adquirendis in protectionem & tuitionem imperialis Maiestatis in perpetuum suscepimus. Et ut hec omnia supradicta rata & inconcussa evis omnibus permaneant, presentem cartam Sigilli nostri impressione firmari precepimus, quam si aliquis ausu temerario infregenit, sciat se ob lesionem Maiestatis conponere debere centum marcas auri purissimi, quarum medietas imperiali camere, & medietas predicte Ecclesie pro recompensatione dampni persolvatur. Signum Domini Friderici Romanor. Imperator. invictissimi: Ego Christianus Cancellarius vice Reinaldi Archi-Cancellarii recognovi. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnat. MCLXV.

NUM. XII. Heinrici Leonis Baj. Ducis abnegatio prædii Schonberg. Anno 1176.

In nomine domini nostri IEsu Christi Dei eterni Hainricus divina favente Clementia Bawarorum atque Saxonum Dux. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus earunque servitores congruis honoramus beneficiis, non solum vite nostre statum ab hoc proficere credimus, verum etiam eterne beatitudinis consortium obtinere confidimus. Noverit eapropter tam presentium, quam futurorum sancte Dei Ecclesie fidelium sagacitas, qualiter *Berhtoldus de Lewenstain* ministerialis, ac fidelis noster omnem addictionem, quam super allodium quoddam Schonenberch & Waltendorf, quod avunculus ipsius *Raffaldus* Ecclesie S. Marie in Raitenhaslach contradidit habere videbatur, in nostra presentia depositit & dimisit. Nos etiam,

etiam, quidcunque iuris ac poteſtatis in hac parte videbamur habere pro reverentia & honore ſanctiſſime Dei genitricis Marie & ſalute anime noſtre nec non parentum noſtrorum integraliter deponentes; idem allodium, ſicut Eccleſie prefate collatum eſt, ita nos cum omnibus appendiciis cultis & incultis ſilvis & in pratis auctoritate noſtra & preſenti pagina in idipſum concedimus & firmamus, & ſigilli noſtri impreſſione ac teſtibus ſubnotatis in perpetuum roboramus. *Friderico Palatino Comite, Ottone de Valleie. Conone de Megelinge. Hainrie de Stouſe. Hainrico de Fulbach. Adalbero de Chambe. Ronperto Lupo. Wernhardo de Retben, & filio ſuo Warmundo de Sulzbach. Alberto de Hutten. Wernhero de Rotenberch. Hainrico de Burchuſn. Hainrico de Eltinge. Magano de Burchuſn. & Ottone filio ſuo Wolframo de Burchuſin. Mangoldo de eodem caſtro & aliis quam pluribus videntibus hec & teſtantibus.* Acta ſunt hec Anno Domini MCLXVI. Regnante Domino Friderico invictiſſimo Romanorum Imperatore Auguſto: data per manum Hartwici notarii noſtri Ranshove.

Sigill. exhibemus Tab. I. n. 3.

NUM. XIII. Donatio Capellæ in Ceidlarum. An. 1181.

Inoteſcat univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod ego *Fridericus Advocatus de Berge* cum coniuge mea *Agnete dedi* Capellam Ceidlar ſitam pro remedio anime mee, ac parentum meorum fratribus in Raitenhaslach cum hominibus & omnibus attinentiis eius, ac univerſis, quibus fundata ac dotata eſſe dinoſcitur, tali ſane conditione, ut prefati fratres inibi divino operi provideant. Montem quoque in cuius vertice ipſa Capella conſtructa eſt, cum omnibus appendiciis ſuis eisdem fratribus LXX. talentis & uno palefrido vendidi. Inſuper miniſterialibus meis predia ſua alienare volentibus eidem cenobio ſive pro Deo

sive pro precio dare decreverint, licentiam indulsimus. Ut autem hec rata & inconvulsa perpetuo maneant, Sigilli nostri impressione iussimus insigniri, & subscriptis testibus confirmari. *Wezel de Charlsten. Chunrad Fuhs. Hakmar de Akeswalde. Cholo de Chulub. Chunrad de Butel. Albero de Axeswalde. Irmfrid de Popndorf. Hainric de Chattendorf. Walterus Mæuslin.* Isti sunt testes abdicationis qua abdicavit coniux advocati supra dictum predium. Nunc autem apponemus testes, qui affuerunt delegationi, quam fecit advocatus, in manus Domini *Chraft de Enzenbach, Walther de Tannenberch, Ulricus de Rigilberch, Hainricus de Kazenberch, Chunradus Fuhs, Wezel de Charlsteten. Rugboto Famulus Advocati. Innfrit de Popendorf. Hainricus miles Domini Craftonis. Cholo de Chulub. Dietmarus filius sororis Cholen. Marchwardus filius Rudgeri. Cui cognomen est Iunchfrowe. Chunrad. de Bulen. Chunrad de Troisin. Badmarus de Chulub. Hainric servus Alberonis. Chunradus servus Domini Chunradi Fuhs.* Acta sunt hæc Anno 1181.

NUM. XIV. Immunitas a præstatione decimarum. An. 1183.

Lucius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, prioribus & aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem. Audivimus & audientes vehementi sumus admiracione commoti, quod cum fratribus de Raitenhaslach sicut aliis omnibus Cystercienſis ordinis a fratribus & predecessoribus nostris concessum sit, & a nobis ipsis postmodum confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur: quidam ab eis nihilominus contra indulgenciam sedis apostolice decimas exigere & extorquere presumunt & sinistra interpretatione apostolic. privilegiorum capitulum pervertentes afferunt de novalibus debere intelligi, ubi de laboribus est inscriptum. Quoniam igitur manifestum

sessum est omnibus, qui recte sapiunt interpretacionem huiusmodi perversam esse & intellectui sano contrariam: cum secundum capitulum illud a solucione decimarum tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt sint penitus absoluti; ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, aut quomodolibet contra iusticiam molestandi per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus; quatenus omnibus, qui vestre sunt potestatis, auctoritate nostra prohibere curetis, ne a memoratis fratribus de Raitenhaslach vel a fratribus aliorum Monasteriorum Cisterciensis ordinis, qui in Episcopatibus vestris consistunt de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium suorum decimas presumant quomodolibet extorquere. Nam si de novalibus vellemus tantum intelligi, ubi ponimus *de laboribus*; *de novalibus* poneremus, sicut in privilegiis quorundam apponimus aliorum. Quia vero non est conveniens, ut contra instituta sedis apostolice temere veniatur, que obtinere debent inviolabilem firmitatem, per apostolica scripta ubique precipiendo mandamus, ut siqui canonici, clerici, Monachi, aut Laici contra privilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione gravaverint, appellatione remota Laicos excommunicacionis sentencia percellatis, reliquos autem ab officio suo suspendatis & tam excomunicacionis quam suspensionis sentenciam faciatis, usque ad dignam satisfactionem, inviolabiliter observari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatenus si qui in fratres prescriptorum monasteriorum manus violentas iniecerint, eos accensis candelis excommunicatos publice nuncietis & faciatis ab omnibus sicut excommunicatos districius evitari, donec congrue satisfaciant predictis fratribus & cum litteris Dyocesani Episcopi rei veri-

tatem continentibus apostolico se conspectui representent. Datum Verone IV. non. Marcii Pontificatus nostri. An. III.

NUM. XV. Immunitas a Teloneo Neuburgensi. circa Anno 1184.

In nomine S. & individue Trinitatis. *Berth.* Dei gracia *Dux Dalmacie, Marchio Histrie &c.* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ego & filius meus *H.* ob recordacionem pie memorie patris mei *B. Marchionis*, ad remedium anime ipsius & nostre privilegium ab ipso datum religiosis fratribus in Raytenhaslach super muta, vel passagio, quod solvebatur ab ipsis in transitu ante castrum in Newnburch, peticione venerabilis Abbatis Richeri, & fratrum eius, renovamus, firmiter statuentes, ut nullam deinceps ibidem sustineant exactionem, vel angariam, nullamque solvant pensionem, sed liberum & sine molestia navium suarum habeant transitum. Et quia nobilis homo *Bernhardus de Lutpach* idem passagium a nobis habebat in feodo, hoc effecimus, quod *ipse* in manus nostras in hac parte iuri suo renuntiavit. Testes sunt ipse *Dux B.* & filius eius *Heinricus*, *Wernhardus de Lutbach*, *Wernhardus*, & *frater eius Heinricus de Hegenawe*, *Heinricus de Bongartin*, *Ernst de Inne*, *Ortolfus Noppil*, *Alberus*, & *frater eius Heinricus de Waldekch*, *Wernhardus*, & *frater eius Ulricus de Orte*, *Duringer de Siria. &c.*

Appendet Sigillum n. 32.

NUM. XVI. Concambicum cum Ludovico I. Bajoar. Duce celebratum. circa An. 1190.

In noteſcat posteris, quod ego *Ludwicus* Dei gracia Dux Bawarie assentientibus & presentibus matre mea *Ducissa Agnete* & patruo meo *Friderico* & ministerialibus imperialibus quam pluribus *Warmun-*

mundo de Zirbere Engelſhalco & fratre eius Ottone de Rore Friderico de Prunnowe & fratre eius Chonrado, Marchardo prepoſito Hainrico advocato; in concambio accepi curiam, que dicitur Perchæim a fratribus *de Raitenhaslach* & dedi eis predium eis adiacens in loco, qui dicitur in der Awe. Tali condicione, quod nemo ſucceſſorum meorum id retractandi habeat poteſtatem. Siquis vero predictum concambium violare vel mutare preſumpſerit anathema ſit amaranatha. Huius vero concambii teſtes ſunt *comes Theodricus de Wazzerburch. comes Eberhardus de Dornberch. Papo de Eringe Hainricus de Stamheim. Otto de Steuningen & alii quam plures.*

NUM. XVII. Immunitas a teloneis Patavienſibus. An. 1203.

In nomine ſancte & individue Trinitatis ego Wolfkerus Dei gracia ſancte Patavienſis eccleſie Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Apoſtolica inſtructi auctoritate que dicit, operemur bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei: Notum eſſe volumus univerſis S. eccleſie filiis, qualiter nos cum conſilio fratrum noſtrorum *de Choro*, aſſenſu & miniſterialium eccleſie, peticionem domini C. venerabilis abbatis & fratrum *de Raitenhaslach* pie exaudiendam decrevimus, & liberum navibus predictorum fratrum victualia portantibus Patavie tranſitum conceſſimus: mutam videlicet, que nobis & eccleſie inde debebatur perpetuo eis tradentes; eo nimirum intuitu, quatenus oracionibus ipſorum apud Deum & ſanctam Dei genitricem Mariam perpetuo adiuvemur. Statuimus igitur & auctoritate beati Stephani prothomartiris preſentis ſcripti privilegio communimus, quatenus naves ille proprie fratrum, ſive ſint conducticie liberum absque omni difficultate & exaccione tranſitum habeant nullo ex officialibus noſtris vel ſucceſſorum noſtrorum mutam vel aliquam penſionem inde

exi-

exigente. Siqua igitur spiritualis, secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam infringere, vel ei aliquo ausu temerario contraire temptaverit omnipotentis Dei & sancte Dei genitricis Marie sanctique Stephani prothomartiris indignacionem in ultimo extremi ipdicii examine se incurrisse senciat. Ut autem hec nostre benignitatis tradicio predictis fratribus nostris nostrorumque successorum temporibus stabilis & inconulsa permaneat, presentem paginam inde conscribi & sigilli impressione insigniri cum testibus subter notatis precepimus. Testes sunt dominus Eberhardus decanus Magister Chunrad scolasticus dominus Hartnidus prepositus. dominus Arnoldus custos dominus Tymo. dominus Ortolfus prepositus. dominus Arnoldus cellerarius. *Dominus Kadelhohus de Valchenstain. Chunradus Oblaiarius. dominus Chunradus de Steinheim. Magister Albero. dominus Ulricus scriba. dominus Otacha.* Hi omnes de Choro. De ministerialibus *Albertus Chint. Hainricus de Walleke. Rikker de Wesen. Leutoldus de Sauersteten. Walchunus de Hardingen. Walchunus de Schiltarn. Tiemo de Pouchelberch. Hainricus Vertiscer Hainricus Oter. Albero de Germundesperg. Wernhardus provisor dominarum sanctimonialium de S. Maria.* Et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCCIII. pontificatus nostri anno XII. feliciter Amen.

Confirmatum est hoc privilegium per Episcopos successores Wolfkeri Manegoldum, Ulricum, Rugerium, Eberhardum, Ottonem, Wichardum, Gotfridum, Wernhardum. quorum privilegia illaesa extant.

NUM. XVIII. Philippus Imp. confirmat donationem Ettnaugiæ. Anno 1206.

In nomine sancte & individue Trinitatis, ego Philippus divina favente gratia Romanorum Rex semper Augustus omnibus fidelibus in perpetuum. Quoniam sicut divina nos dignatio ad hoc

in

in terreno sublimavit imperio, ut omnium utilitatibus ac paci consulamus; precipue eis, qui divino cultui sunt mancipati pro Deo sollicitius invigilare nos delectat. Proinde rogatu dilecti nostri Ludwici Ducis Bavarie & pro spe perhennis vite, venerabilibus fratribus in Raitenhaslach augeam in Ettenowe pari consensu utriusque in proprietatem damus & inpressione sigilli nostri tenendam eis iure perpetuo firmamus: eam videlicet partem augie, que sub scriptis terminis comprehenditur. A valle nimirum illa, que per transversum ipsius Augee usque in flumen Salza se extendit, que antea *Vorawe* nominabatur & ab inde usque ad extremitatem ipsius ad inferiora se habentis, cum omni utilitate libere eis conferimus & appensione sigilli nostri in perpetuum possidendam roboramus. Datum apud Enshaim XVIII. Kalend. Febr. Indictione IX.

NUM. XIX. Exemtio a Teloneis Austriacis. An. 1207.

Ego *Leopoldus* Dei gratia *Dux Austrie* atque Styrie omnibus fidelibus in perpetuum. Quoniam Deo annuente & id ipsum sua nobis dignatione habundantius suggerente; nihil horum, que pater meus, nec non & dilectus frater meus *Fridericus* successor suus pro reverentia & honore omnipotentis Dei & omnium sanctorum pro redemptione animarum suarum statuerunt, & datis Privilegiis perpetuo confirmarunt, annullare vel detractare nec volumus nec possumus; quin etiam ut benefactorum ipsorum Communionem *in presenti* simul & futuro habeamus, quecunque illi fecere fideliter & devote suis temporibus, hec eadem & nos donatione Privilegii & impressione sigilli nostri confirmare curabimus: videlicet ut fratres de Raitenhaslach liberum transitum habeant Chremsa, Persnburg & Mauthausen vel ad quemcunque locum eadem muta iussu ducum Austrie in futurum transferatur, sine diminutione iuris fratrum predictorum fiat; & quia volumus, ut Elemosina nostra libera sit, & plenaria mutariis interdicimus omnem de eisdem venerabilibus fratribus

exactionem preter ius suum, quod sunt XII. denarii vel aliquod Xenium, quod pro eisdem numis constare poterit: & hoc tantum semel in ascensu navium ipsorum fiat. Quod si quisquam eorum predictos fratres contra hec nostra statuta ullo modo angariaverit, vel ab incepto itinere quocunque modo retardaverit, quinquaginta libras argenti in Cameram nostram pro tali presumtione appendat salvo iure fratrum permanente, nostraque inviolabiliter donatione deinceps perseverante. Horum testes sunt Eberhardus Archiepiscopus Apostolice sedis legatus Albertus Salzburgensis Prepositus *Hartmanus de Sunger. Wichardus Dapifer Wicherus Zellinger, Marquardus de Himperch. Hainricus de Prunen Adelolfus & frater suus Hartungen,* & alii quam plures. Acta sunt autem hec anno ab Incarnat. Domini MCCVII. Indictione X. in Neunburch.

NUM. XX. Philippus Imp. confirmat donat. Salinar. ab AEpisc. Salisb. factam. An. 1107.

In nomine sancte & individue Trinitatis, ego Philippus divina favente gratia Romanorum Rex & semper Augustus omnibus fidelibus in perpetuum. Sicut omnibus dignitate, potentia ex imperiali maiestate videmur prominere, ita cunctis a Deo nobis subiectis formam pietatis & mansuetudinis atque iustitie condecet nos exhibere; ut sic mereamur regi regum eternaliter placere, dignum est, ut nos, qui interminatis reipublice negotiis indesinenter implicamur, viros spirituales & divinis obsequiis ferventius insistentes sincera karitate diligamus, foueamus, debitam eis protectionem inpendamus; ut dum nos temporalia pacis bona eis providemus eorum orationibus adiuti pariter cum eis bonis perfruamur eternis. Proinde iustis & religiosis petitionibus dilecti nostri domini Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi & Apostolice sedis legati, cuius fidelitatem in promovendis imperii negotiis per omnia recognovimus, assensum perhibemus; & pium devotionis ipsius affectum

affectum iuste commendamus atque donationem Saline in Moulbach, quam predictus pontifex pro salute sua, omniumque successorum suorum venerabili Perhtaldo Abbati in Raitenhaslach eiusque fratribus perpetuo possidendam contulit, eandem & nos concessionem una cum ipso iure imperiali inviolabiliter confirmamus. Preterea quamcunque libertatem predictus Archiepiscopus eis indulsit, & dato privilegio stabiliuit; videlicet in succidendis lignis deducendisque eis per adiacentes saline fluvios sine alicuius tributi requisitione; insuper omnia iura salinariorum, scilicet, fodinam renovandi, salem vendendi & deducendi, quocunque eis placuerit ad utilitatem ipsorum, & nos manum confirmationis apponimus & conservandum irretractabiliter imperiali auctoritate precipimus. Et ut hec traditio tam pontificialis, quam confirmatio regalis rata & inconulsa in futura permaneat tempora paginam istam inde conscribi & sigillo nostro insigniri iussimus. De cetero idem monasterium cum omnibus possessionibus suis in presenti adquisitis & in futuro per Dei gratiam aquirendis in defensionem regie potestatis suscipimus eo nimium pacto, ut si quis violenta pervasione quicquam ad eos pertinens distraxerit, reum se imperialis maiestatis pro certo noverit. Wolfkerus Aquileiensis patriarcha huius confirmationis testis est cum ceteris subter annotatis Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus. Chunradus Ratisponensis Episcopus & Cancell. Manegoldus Patavicus. Episcopus Ekbertus Babenbergensis Episcopus. *Hainricus Palatinus Reni Ludwicus Dux Bawarie. Comes Rapoto & Hainricus frater eius de Ortenberch. Comes Albertus de Diling. Comes Chunradus de Zolr. Comes Chunradus de Plaigen.* Data autem & acta sunt hec apud Wormatiam anno ab Incarnatione Domini MCCVII. III. Non. Augusti.

NUM. XXI. Immunitates variæ a Ludovico I. B. D. conceſſæ. circa An. 1210.

Ludewicus Dei gratia Dux Bawarorum omnibus fidelibus in perpetuum. Iocundus homo, qui miſeretur & comodat comoda hec temporalia ut recipiat perhennia. Hac igitur prophetica provocati promiſſione petitiones venerabilium fratrum in Raitenhaslach clementer exaudivimus & omne navigium in Ettnawe noſtra auctoritate interdiximus: quin & ipſum portum eis in proprietatem donavimus; in futurum eis proſpicientes, ne forte in predicta augea, quam aſſenſu regis miſericorditer eis contulimus moleſtiam conculcationis & depaſtionis ab itinerantibus ſuſtineant. Preterea indulſimus eis, ne alique collecte aut etiam cenſus ſub nomine noſtro vel alterius perſone ab hoſpite domus ſue de Burchen deinceps exigatur. Volumus etiam ut ſiquid mercimonii homines eorum ſubvexerint, ſine Thelonei redditione *iure hominum noſtrorum* ibidem libere pertranſeant. Igitur ut hoc conceſſionis noſtre beneficium ratum & inviolabile permaneat, pagellam iſtam eis conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri appoſitione perpetuo eis poſſidendum comunimus. H. r. t. ſ. *Chunrad Comes de Moſeburch. Eberhardus Comes de Dornberch. Adelramus de Uttendorf. Hainricus de Hagnawe. Heinricus Advocatus. Fridericus Saltuarius Reimmarus. Dietmarus de Unshen.*

NUM. XXII. Conſtitutio Innocentii III. de An. 1210.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Salzburgenſi Archiepiſcopo & Suffraganeis eius & dilectis filiis Abbatibus Prioribus, Archidiaconis, Prepoſitis, Decanis & aliis Eccleſiarum Prelatis per Salzburgenſem provinciam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Non abſque dolore cordis & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus

bus Ecclesiastica censura dissoluitur & canonice sententie severitas enervatur; ut viri religiosi & hii maxime, qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant & rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat & pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & Conventus de Raitenhaslach Cistercienſis Ordinis tam de frequentibus iniuriis, quam de ipso cottidiano defectu iustitie conquerentes universitatem vestram litteris pecierunt apostolicis excitari: ut ita videlicet in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab anguſtiis, quas sustinent, & pressuris vero possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinverint, que predictis fratribus ex testamento decedentinm relinquuntur; seu in ipsos fratres, contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum seu nutrimentorum ipsorum spretis apostolice sedis privilegiis extorquere; monitione premissa, si laici fuerint publice candelis accensis excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio & beneficio suspendatis, neutiquam relaxaturi sententiam, donec predictis fratribus plenarie satisfaciant; & tam loci, quam clerici seculares, qui pro violenta manuum iniectione anathematis vinculo fuerint innodati cum Dyocesani Episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. De Monachis vero, & Canonicis Regularibus id servetur ut si eiusdem clauſtri fratres manus in se iniecerint violentas, per Abbatem proprium; si vero unius clauſtri frater in fratrem alterius

claustri huiusmodi presumpserit violentiam exercere per iniuriam passi & inferentis Abbates absolutionis beneficium assequantur; etiam si eorum aliqui priusquam habitum reciperent regularem, tale aliquid commiserint, propter quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrissent: nisi excessus ipsorum esset difficilis & enormis, utpote si esset ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem processum, aut violenta manus in Episcopum aut abbatem iniecta, cum excessus tales & similes sine scandalo nequeant preteriri. Si vero in clericos seculares manus iniecerint pro vitando scandalo mittantur ad sedem apostolicam absolvendi. Villas autem in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violenciam detenta fuerint, quamdiu ibi sunt, interdicti sententie suponatis. Dat. Lateran III. Kalendis ianuarii pontificatus nostri anno duodecimo.

NUM. XXIII. Privilegium Innocentii III. P. M.

An. 1214.

Innocencius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Perhtoldo abbati Monasterii de Raitenhaslach eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus aplicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatum monasterium de Raitenhaslach in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostram protectionem suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum & Benedicti regulam atque institutionem cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones,

siones, quecunque bona idem Monasterium in presenciarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, Largicione Regum, & Principum, oblacione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma nobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabilis. Locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis: Grangiam de Windeberge; Grangiam de Harde; Grangiam de Rote; Grangiam de Percha; Grangiam de Ering; Grangiam de Schutzingen; Grangiam de Schönenberch; Grangiam de Wehselberch; Grangiam de Ceidlar, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de ortis & virgultis & piscacionibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas extorquere vel exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos & absolutos, e seculo fugientes ad conversionem recipere & eos absque contradiccione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum caucione nullas audeat retinere! quod siquis forte retinere presumpserit, licitum vobis sit in ipsos Monachos vel conversos regularem sentenciam promulgare. Illud districtius inhibentes, ne terras, seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum, liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donaciones vel alienaciones aliter quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Adhec etiam prohibemus, ne aliquis monachus vel conversus sub profes-

fessione domus vestre astrictus, sine consensu & licentia abbatis & maioris partis capituli vestri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra precium capituli vestri providencia constitutum; nisi propter manifestam domus vestre utilitatem: quod si facere forte presumpserit, non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis, sive civilem sive criminalem contineant questionem, fratrum vestrorum testimoniis uti, ne in defectu testium ius vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus, vel quelibet alia persona ad Synodos vel conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia, vel possessionibus vestris subiacere compellat; nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat; nec regularem electionem abbatis vestri impediat, aut de instituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statutum cisterciensis ordinis, se aliquatenus intromittat. Si vero Episcopus, in cuius parochia domus vestra fundata est, cum humilitate ac devocione, qua convenit, requisitus, substitutum abbatem benedicere, & alia, que ad officium episcopale pertinent, vobis conferre rennuerit; licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novicios benedicere, & alia, que ad officium suum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Episcopo percipere, que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint Episcopi forma & expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta; ut scilicet abbates ipsi salvo ordine suo profiteri debeant, & contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecracionibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico Sacramento, nullus a vobis sub

obten-

obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere; sed hec omnia gratis vobis Episcopus Dyocesanus inpendat: alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem, graciam & comunionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis, quod postulatur impendat. Quod si sedes Dyocesani Episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica Sacramenta a vicinis Episcopis accipere libere & absque contradiccione possitis: sic tamen, ut ex hoc in posterum propriis Episcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum Episcoporum copiam non habetis, si quem Episcopum romane sedis, ut diximus graciam & Comunionem habentem & de quo plenam noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum & vestium, consecrationes altarium ordinacionesque monachorum, auctoritate apostolice sedis, recipere valeatis. Porro si Episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excomunicacionis, vel interdicti sentenciam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros; pro eo, quod decimas non solvitis, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis iudulta sunt, seu benefactores vestros, pro eo, quod beneficia vobis vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem sentenciam pertulerint: ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta perlatam duximus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quam tacito nomine Cistercienfis ordinis & contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excomunicatis & interdictis divina officia celebrare. Pacique & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu

Grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere ſeu violenciam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exaccionum a regibus & Principibus vel aliis fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio comunimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexacionibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernacione & ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum &c. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus &c. Datum Rome apud Sanctum Petrum per manum Raynaldi acoliti & Capellani domini Innocencii III. Pappe VII. Kalendis Aprilis. Indictione II. Incarnacionis dominice anno. MCCXIV. pontificatus vero eiusdem domini Innocencii. Anno XVII.

NUM. XXIV. Privilegium Fridericii II. Imp. de An. 1216.

Fridericus ſecundus divina favente Clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus & Rex Sicilie. Regalis excellentie immenſa benignitas, cum de benivolentia ſolita omnibus beneficiorum ſuorum gratiam impendere ſtudeat, illis tamen, qui ſpecialius ſe divinis obſequiis propter retributionem perpetuam manciparunt, tam in defenſionis manu, quam in beneficiorum impenſione providere affectuoſius conſuevit; ut dum temporalibus bonis adiuti fuerint, celeſtia fiducialius appetant, & pro ſalute noſtra & tranquillitate imperii orare devotius teneantur. Verum, quia ordinem Ciſtercienſium pre aliis ordinibus propter devotionem religio-

gio-

ipsorum in eo degentium, qua iunguntur artius creatori, defendere & ampliare intendimus; fratres & domum de Raitenhaslach eiusdem ordinis sub nostra protectione suscipimus: confirmantes eis, quicquid liberalitate Regum, donatione principum sive comitum vel liberorum, aut ministerialium seu cuiuscunque conditionis hominum ipsis hactenus collata fuerunt, vel in reliquum conferentur. Inter alia vero specialiter confirmamus eisdem Salinam de Mulbach, quam eisdem dilectus noster Salzburgensis Archiepiscopus Eberhardus petitione Chori sui & consensu ministerialium suorum legitime contulit, & dato privilegio stabiliuit, in succidendis videlicet lignis, deducendisque per adiacentes Saline fluvios absque tributi persolutione, & iura omnia salinariorum, fodinam scilicet renovandi, salem vendendi & quocunque ipsis placuerit ad ipsorum utilitates deducendi & omnes libertates ab eodem Archiepiscopo ipsis concessas eis iure perpetuo confirmamus. Volumus insuper ut Augeam Echtnowe, quam Dux Bawarie Ludowicus eisdem contulit quiete possideant, quam eis cum eodem dante damus. Sed & omnia, que tam ab ipso, quam a cuiuslibet conditionis persona possident, in donationem predictorum suorum vinearum, pascuorum, salinarum, piscariarum, decursuum aquarum, molendinorum, lignorum ex adiacentibus nemoribus sive silvis ad nutrimentum ignis eisdem fratribus in perpetuum presenti privilegio stabilimus. Nulli ergo hominum contra hanc nostre confirmationis paginam liceat ausu temerario contraire, cui nostri sigilli inpressio perhenne tribuit firmamentum. Quod si quis contra eam aliquid presumpserit attemptare, centum libris auri multabitur, medietas dampna passis, medietas camere nostre deputanda. T. h. r. s. *C. Constanciensis Episc. V. Abbas S. Galli. H. Abbas Augeensis. E. Abbas de Domo Petri, V. Comes de Kiburg. B. Comes de Hohenberg, Fridericus Comes de Zoller, Manegoldus Comes de Nollenburg, Bertoldus Comes de sancto Monte. S. de Gondolfingen. Al-*

hertus de Butilsceiren, & Bertoldus frater eius. Anshelmus de Justingen Imperialis aule Mareſcalcus, Ebirardus Dapifer de Tanne, & Bertoldus frater eius, Rodulfus de Rainesberg, & alii quam plures. Signum Domini Friderici II. Rom. Regis invictiſſ. & regis Sicilie. Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſc. Imperialis aule Cancellarius vice Domini Sifridi Magunt. AEpiſc. & totius Germanie Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hec anno ab Incarnat. Domini MCCXVI. Ind. IV. regnante Dom. Friderico II. Romanor. Rege & Sicilie Glorioſo anno regni eius IV. Dat. Conſtant. Idus Iulii.

NUM. XXV. Pactum cenſuale. circa An. 1220.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Ludewicus Palatinus Comes Reni, Dux* quoque Bawarię omnibus fidelibus in perpetuum. Noverint omnes preſentia ſcripta legentes, quod quidam *Ekkehardus de Statehein* familie noſtre, predium quoddam Hube nomine a fratribus in Raitenhaslach XV. libris comparavit: tali pacto inter vendentes & ementem interpoſito, ut ipſe & coniux ſua eo tempore legitime ſibi copulata & unus liberorum ipſorum predictum predium tenerent, quoadusque tres ille perſone in hac mortali vita ſupereſſent, & ſingulis annis XXX. denarios pro inditio proprietatis eiusdem monaſterii inde perſolverent. Decedentibus autem tribus prefatis perſonis, aut ſi aliquis eorum interim pro Deo iuri ſuo renunciaret, prememoratum predium, iterum in poſſeſſionem & dominium fratrum remota omni artificioſa callididate libere & abſolute retranſiret. Proinde quod ſcriptis & dictis utriusque partis in preſentia noſtri iſta ſatis probata conſtant eſſe, iuſtitie deeſſe nec volumus nec debemus. Et diffinitivam ſententiam inde damus. Decernimus & inviolabiliter ſervandum precipimus, ut poſt deceſſum trium predictarum perſonarum idem predium fratres quiete rehabeant, nec aliqua nova adinventione iure ſuo priventur.

tur. Et ut hec firma & inconcussa permaneant, appositione sigilli nostri firmiter roboramus.

Sigill. exhibet Tab. I. n. 5.

NUM. XXVI. Immunitas a Teloneis Burghusanis. Anno 1235.

In nomine sancte & individue Trinitatis *Otto* Dei gratia Palatinus Comes Reni & Dux Bawarie omnibus fidelibus in perpetuum. Quoniam Deo annuente & id ipsum sua nobis dignatione habundantius suggerente nihil horum, que avus meus nec non & dilectus pater meus successor suus pro reverentia & honore omnipotentis Dei & beate Virginis Marie genitricis sue & omnium sanctorum pro redemptione animarum suarum statuerunt, & datis privilegiis conservanda perpetuo confirmaverunt, annullare, vel retractare nec volumus nec debemus: quin etiam ut benefactorum ipsorum communionem in presenti simul & in futuro habeamus, quecunque illi fideliter & devote suis fecere temporibus hec eadem & nos donatione privilegii & impressione Sigilli nostri confirmare curabimus. Videlicet ut fratres de Raitenhaslach liberum transitum habeant in Leubnowe & in Burchusen, vel ad quemcunque locum eadem muta iussu ducum Bawarie in futuro transferatur sine diminutione iuris fratrum predictorum fiat. Et quia volumus, ut elemosina nostra libera sit & plenaria, mutariis interdicimus omnem de eisdem venerabilibus fratribus exactionem. Quodsi quisquam eorum predictos fratres contra hec nostra instituta angariaverit vel ab incepto itinere quocunque modo retardaverit L. libras argenti in cameram nostram pro tali presumptione appendat salvo iure fratrum permanente nostraque inviolabili donatione deinceps perseverante. H. t. s. *Otto Comes de Gruenpach. Hoholdus de Nideh. Sifridus de Vroumhoven. Pertholdus pincerna Gotfridus Capellanus. Friderici*

cius de Chemnaten, & Chunradus frater ſuus. Chunradus Purchgra-vius de Plagin. Erwicus & Otto ſervi Abbatis de Raitenhaslach, & alii quam plures. Acta ſunt hec petitione illuſtris ducisſe Agnetis. Anno ab incarnatione Domini MCCXXXV. Indictione VIII. Regnante Domino noſtro IEſu Chriſto in ſecula.

NUM. XXVII. Privilegium Imp. Friderici II. circa exemptiones a Teloneis Auſtriacis. An. 1237.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Ieruſalem & Sicilie Rex. Suadente religionis cultu noſtra clementer inducitur celſitudo, ut piis religioſorum petitionibus favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod tenore preſentium notum fieri volumus univerſis, quod fratres de Raitenhaslach Ciſtercienſis Ordinis fideles noſtri preſentaverunt noſtre curie quoddam ſcriptum, quod a clare memorie Leupoldo quondam Duce Auſtrie ipſis fuit clementer indultum, ſerenitati noſtre humiliter ſupplicantes, quateuus, quod ſigillum eidem ſcripto appoſitum erat pro maiori parte confractum ut dictum ſcriptum renovare, & de noſtra confirmare clementia dignaremur, cuius ſcripti tenor talis eſt. In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Leopoldus Dei gratia Dux Auſtrie atque Stirie omnibus fidelibus in perpetuum &c. *Sequitur privilegium Leopoldi Ducis Auſtrie de Anno* 1207. *ſupra num.* 19. *exhibitum.* Nos igitur, *ad quam predictorum ducatuum optenta munere diſpenſationis divine poſſeſſio iam pervenit*, tanto ad exequendum preces ſuorum Dei benignius inclinati, quanto gratiores effici cupimus coram Deo, de cuius plenitudine recepimus univerſa; preſentatum curie noſtre ſcriptum predicti Ducis ad amovendum omnem ſuſpitionem, que pro confractione ſigilli poterat ſuboriri, ſcribi, & innovari mandavimus illud & omnia, que continentur in eo, de ſuper habundanti gratia confirmantes. Quapropter univerſis preſentis ſcripti mandamus edicto, quate-

nus

tus iuxta predicti Ducis donationem & confirmationem noſtram, indultam eisdem fratribus gratiam inviolabiliter obſervetis, nec contra preſentis innovationis & confirmationis noſtre tenorem venire aliquatenus preſumatis. Quod qui preſumpſerit indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Ad cuius innovationis & confirmationis memoriam & robur perpetuo valiturum preſentem paginam fieri fecimus noſtro ſigillo munitam. H. r. t. C. *Salzburgenſis, Moguntinus Archiepiſcopi Babenbergenſis & Ratisponenſis Imperialis Aule Cancellarius Epiſcopi. O Dux Bavarie. B. Dux Karintie & Lantgravius Thuringie Principes. Comes Hainricus de Ortenberch. Rapoto Palatinus de Ortenberch. Sifridus Frumeſil. Wernherus Comes de Leomberch. Ekkardus de Tanne. Gerhoch de Berchem*, & alii quam plures. Acta ſunt hec apud Wienna. An. Dominice Incarnationis MCCXXXVII. Menſe Martii X. Indictione.

NUM. XXVIII. Iura advocatiæ in Ceidlaru. An. 1240.

Otto Dei gratia Pal. Comes Reni Dux Bavarie univerſis huius pagine inſpectoribus ſignificandum duximus, quod cum venerabilis Dietmarus abbas & quidam fratres conventus eccleſie Ciſtercienſis ordinis in Raitenhaslach eo tempore, quo ſanunculus noſter illuſtris *Chunradus Comes de Wazzerburch* terre noſtre Vicedominatus curam tenuit a nobis, nomine eccleſie ſue coram nobis querelando deponeret, quod *Otto* & frater ſuus *Ortlibus de Walde* in bonis & prediis eorum, que ſunt ſita in Ceidlarn contra ius & libertatem eccleſie ſue ipſis graves exiſterent, & ſervicia minus debita a colonis & hominibus eorum exigerent: dum tamen ipſis pro effuſione ſanguinis & pro delicto furti ſolum talis ſatisfactio deberetur, quod rem tantum cum his, *que singulum cuiuslibet capit*, eis deberet aſſignari & ultra nil iuris haberent in bonis eorum: probatis hiis, que propoſita fuerant, legitime & ſufficienter pro eccleſia ſententia lata eſt ſuper predictis. Unde

quia

quia tale ius unius fratris videlicet *Ottonis* nostre cessit possessioni & usui, dicte ecclesie plene recognoscimus ius coram nobis evictum & a nobis confirmatum. In testimonium autem huius facti ne oblivio noverca memorie possit tollere vel iniqua mens hominum in irritum ducere presentes litteras cum subscriptis testibus & nostri sigilli appositione decrevimus roborare. Illustribus comite *Chonrado de Wazzerburch. Chunrado comite de Mosburch testibus. Dilecto nostro Friderco preposito de Oeting. Gotfrido Cappalano, Alhardo de Prising Magenfine Judice. Eberhardo cognomento Smerzach, Ulrico Clavigero de Oetingen.* Acta sunt autem hec anno domini MCCXL. in castro Purchusen.

NUM. XXIX. Immunitas a Teloneis Austriacis.

An. 1240.

In nomine sancte & individue Trinitatis ego Fridericus Dei gracia Dux Austrie & Styrie & dominus Carniole omnibus fidelibus in perpetuum. Quum ea, que ab antecessoribus nostris ad promocionem ecclesiarum & personarum Deo militancium sunt impensa, & debemus & volumus non minuere, sed augere; hoc ipsum feliciter adtendentes, notum facimus universis, quod nos ob reverenciem Dei & omnium Sanctorum & in redempcionem peccaminum nostrorum & antecessorum nec non & successorum nostrorum, ecclesie Cisterciensis ordinis in Raitenhaslach concessam & ex antiquo approbatam libertatem & graciam innovamus; videlicet, ut fratres illius ecclesie in ascensu & decensu victualia sua & alia sibi pertinencia in tanta per terras & aquas deferant libertate, quod nullus mutariorum aut officialium nostrorum occasione rerum eisdem fratribus pertinencium aliquam mutam seu exaccionem requirere audeat vel presumat. Excepto iure mutariorum, quod ad valorem denariorum XII. estimatur. Super hac igitur donacionis libertate presentem cartam insignitam Karactere

sigilli

ſigilli noſtri fratribus memorati loci cum idoneorum adnotacione teſtium duximus porrigendam. Teſtes hii ſunt dominus noſter Epiſcopus patavienſis Rodgerus. Gerboto prepoſitus ſancti Nicolai, Ulricus Salzburgenſis Cellerarius-Magiſter Leopoldus plebanus Wiennenſis. Leopoldus plebanus de Heymburch. *Plebanus de Chirchperch. Hainricus plebanus de Lohchirchen. Otto Notarius. Hartwicus plebanus de Steubing. Hainricus de Merſchwanch. Chonradus Marſchalius. Chunradus de Schowing.* Et alii quam plures. Datum apud Medlicum caſtrum anno ab incarnacione domini MCCXL. Indicione XIII. VIII. Kaln. Octob.

Repetitum ac confirmatum eſt hoc privilegium Anno 1277. Dipl. Rudolphi I. Imperatoris.

NUM. XXX. Privilegia Eberhardi AEpiſcopi Salisb. Super Eccleſia in Halsbach. circa An. 1240.

In nomine ſancte & individue Trinitatis ego Eberhardus Dei gracia Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſt. ſedis legatus in perpetuum. Omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, quod fratribus in Raitenhaslach ibidem Deo ſervientibus cum aſſenſu canonicorum in Salzburch *nec non miniſterialium noſtrorum* eccleſiam in Halſpach cum filiabus ſuis, ſed & capellam in monte ſancte Marie cum omni iure in perpetuum donavimus: videlicet, ut per hanc donacionem eorum inopia temperetur, noſtra ſalus apud Deum omnipotentem augeatur. De cetero communicato conſilio noſtri & abbatis monaſterii illius fratrumque ſuorum placuit nobis tam pro fama quam pacis concordia, ut ipſe abbas, quemcunque velit aſſenſu fratrum ſuorum, idoneum ſacerdotem & religioſum eadem eccleſia inveſtiat, & unde habeat idem Sacerdos ſubſidium huius vite in victu & veſtitu ordinare procuret: racionabile nobis videtur, ut ad ipſum ſpectent fidelium conſolaciones, oblaciones, & minorum fructuum deci-

maciones. Relique ſcilicet dotes, cenſus, frugum decimaciones, in uſus fratrum eorumdem inconvulſe ſine omni dolo & circumvencione in perpetuum tranſeant. Eadem de capella ſancte Marie, quam noſtra paternitate poſſident, rata eſſe cenſemus. Ut notum ſit omnibus, quanto affectu & benevolentia ad ipſum monaſterium movemur, ſilencio tegere nolumus, quod in propria perſona, ſuper hoc factum privilegium a domino apoſtolico Innocencio eidem monaſterio inpetravimus & ſui gracia optinuimus. Predium & quoddam, quod adiacet Grangie eorum que dicitur harde cum attinenciis ſuis in perpetuum donavimus. decimas quoque in Grangia, que dicitur Herringn & capellam in eadem Grangia cum dote curiam nihilominus, que appellatur Perchiem perpetua libertate confirmavimus. Decimas in Parochia Mæring, quas propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, ſecundum privilegia apoſtolicorum in quieta poſſeſſione habere ſancimus. Hanc paginam impreſſione ſigilli noſtri firmare curavimus, ne quisquam hominum hoc factum in irritum ducere preſumat. Siquis hanc paginam infringere temptaverit ex parte Dei omnipotentis & beati Rudberti noſtroque auctoritatis Anathema ſit.

NUM. XXXI. Privilegium circa Salinas. A. 1240.

Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus. Ad inſtantiam venerabilium fratrum abbatis de Salem & abbatis de Raitenhaslach, quos ſpecialiter diligimus & fovemus ſaluti anime noſtre conſulere cupientes, ipſis hanc prerogativem contulimus in Salina; ut ſi forte caſu aliquo contingente alter ipſorum in decoctione ſua careat aqua ſalſa, alter ipſi aquam tribuendi auctoritate noſtra liberam habeat poteſtatem. Ut autem hec noſtra conceſſio & permiſſio inviolabilis perſeveret, & non aliquis officialium noſtrorum, qui tunc pro tempore fuerint, audeat reclamare, preſentem cartam ad ipſorum fratrum inſtan-

ſtantiam conſcribi fecimus, conſcriptamque ſigilli noſtri munimine roborari.

NUM. XXXII. Immunitas a Teloneis Bajoariæ. An. 1241.

In nomine ſancte & individue Trinitatis: ego Otto Dei gratia Comes palatinus Rheni Dux Bawarie omnibus fidelibus in perpetuum. Cum conſtet homines noſtris temporibus diverſis negotiis implicatos negligentes inveniri in divinis laudibus, neceſſarium habemus, ut eos, quos videmus mundum contempnere, portumque ſalutis petere noſtros faciamus apud Deum interceſſores. Noverint igitur univerſi Chriſti fideles, tam preſentium etas, quam futurorum poſteritas, quod reſpectu divine gratie, nec non pro remedio patris noſtri pie memorie *Lodewici* aſſentiente uxore noſtra *Domina Agnete* duciſſa, petitioni abbatis & fratrum in Raitenhaslach clementer annuimus: ita, quod vecturas duorum curruum ob penuriam victualium, quam huius rei gratia ex parte ſupplere dinoſcuntur, deducendi, ac reducendi absque theloneo habeant plenariam libertatem. Acta ſunt autem hec in Burchhuſn An. domini MCCXLI. preſentibus dilectis noſtris Friderico prepoſito Oetingenſi. Gotfrido plebano de Burch. Zwikero notario Perhtoldo Capellano Hogone Capellano. *Sifrido de Urounberch. Sifrido Frumeſit* & aliis quam pluribus. Ut autem hoc noſtre conceſſionis beneficium ratum & inviolabile permaneat, pagellam iſtam eis conſcribi fecimus ſigillique noſtri appoſitione perpetuo ipſis poſſidendum comunimus.

NUM. XXXIII. Privilegium Eberhardi Aepiſcopi Salisb. Anno 1242.

In nomine domini Amen. Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus apoſt. Sedis legatus in perpetuum. Omnium

quidem religioſorum congruis poſtulationibus aures faciles inclinare nos conveuit, ut & preceptum domini dicentis, omni petenti te tribue, efficatius apud nos valeat, & paternus noſter affectus in ſubiectos nobis dulcius eluceat: precipue in ordinem Ciſtercienſem & in ipſo ordine monaſterium ſive conventum de Raitenhaslach tum pro ſpeciali dilectione venerabilis Waltheri abbatis, tum quod monaſterium illud non ſolum in Territorio, verum etiam in fundo Salzburgenſis eccleſie fundatum dinoſcitur, promptiore favore amplecti conſuevimus. Quoniam auctoritate principum memorato indulgemus monaſterio, ut in civitate noſtra Salzburga & in quolibet oppidorum noſtrorum videlicet in Laufen, in Ditmaningen, in Mouldorf, & in Werfen liceat ei habere unam domum cum ſuis curtilibus & appendiciis liberam a *taliis* & abſolutam ab omni genere ſervitutis. Vecturas quoque ſalis vel quarumcunque rerum eiusdem monaſterii ſive fiant navigio per aquam, ſive plauſtris, vel vehiculis ſeu animalibus per terram ſine muta & ſine omni penſionis & actionis genere per loca predicta liberas tranſire volumus & abſolutas. Liceat quoque ſepedicto monaſterio in quacunque navi undecunque ſumpta, vel conducta per Burgum noſtrum Laufen res ſuas tranſportare. Actum publice apud Salzburg in palatio noſtro anno tempris gratie MCCXLII.

NUM. XXXIV. Immunitas pleniſſima Salisburg. Anno 1243.

Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſtolice ſedis legatus univerſis Chriſti fidelibus preſentium inſpecturis ſalutem in omnium ſalvatore. Que pro religioſarum domorum quiete provide ſtatuuntur, ita decet commendare memorie, ne cuiusquam perverſitas quolibet auſu eadem valeat infirmare. Notum igitur facimus univerſis, quod nos ob honorem Dei & ſue geni-

genitricis dilectis in Christo fratribus Abbati & Conventui sancte Marie in Raitenhaslach Cistercienſis Ordinis iuſtitiam eorum auctoritate omnipotentis Dei tenore preſentium confirmamus: In eo videlicet, quod in advocatiis noſtris ſeu comitiis aut diſtrictibus, in quibus ipſorum predia vel poſſeſſiones ſita fuerint, nemo ratione iuris advocatitii in eisdem prediis ſive poſſeſſionibus a nobis habiti, procurationem, hoſpitium, pabulum ſeu quamcunque exactionem ſive ſtivram debet accipere, aut importune aliquatenus poſtulare. Et ut immunes ſint a prefatis ſervitiorum exhibitionibus preſentem paginam ipſis ſuper premiſſis tradi, & ſigilli noſtri iuſſimus munimine conſignari. Transgreſſores huius noſtre confirmationis anathematis multandi. Actum Salzburch anno domini IEſu Chriſti MCCXLIII. Id. Martii Indictione I. anno in Ciclo ſolari XX. Ciclo decem novenali anno IX. feliciter Amen.

NUM. XXXV. Donationes variæ Eberhardi AEpiſc. Salisburg. Anno 1244.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus Apoſt. ſedis Legatus omnibus in perpetuum. Cum veritatis doctrinam ſequentes de mamona iniquitatis nobis facere amicos qui in eterna nos recipiant tabernacula, & celeſtia comparare temporalibus & tranſitoriis debeamus; ſollertius tamen eorum, qui divinis ſunt obſequiis mancipati, & munus pro nobis offerunt iugiter creatori ex noſtra habundantia ſupplere cupimus inopiam, ut eorum habundantia noſtre ſit inopie ſupplementum. Igitur fratribus Ordinis Ciſtercienſis in Monaſterio S. Marie in Raitenhaslach Deo famulantibus manum beneficam porrigentes de voluntate Capituli noſtri ac miniſterialium conſenſu pro reverentia IEſu Chriſti & religioſe Matris ſue S. Marie, & pro noſtre ſalutis augmento contulimus manſum unum, qui dicitur Mitterdorf in der Khrumbe ſolventem annuatim libras

III. ad materiam trium lampadarum in eodem monasterio continue ardentium nocturnis temporibus & fomentum. Insuper in villa, que Huhel dicitur iuxta Prennberch mansum unum. Item in der Khrumbe bei der Kirchen mansum unum. Auf dem Walhsperg mansum unum. Ex altera parte montis duri in Lescha curias IV. quarum due sunt in eadem villa. Molendinum extra villam; quarta vero curia pascualis, que vulgo Swaighof appellatur prope villam ad occidentem, in subsidium vecture vini de Austria pro fratrum consolatione pleno iure ac omnimoda proprietate. Ut autem hec que ad commendandum memorie presentis pagine carta conscripsimus in conulsa permaneant, & firma eisdem fratribus in futurum nostri sigilli munimine iussimus consignari. H. a. r. t. s. *Otto Palatinus Comes Reni Dux Bawarie. Otto Prepositus Salisburgensis Chunradus Canonicus. Dietricus sacerdos. Magister Sibota. Ulricus de Wemarsdorf Capellani. Comes Chunradus de Bleigen. Gerhochus de Berchaim. Ruedgerus de Berchaim. Ekkardus de Tegernwach. Sifridus de Frovenberch*, & alii quam plures. Actum Salzburch anno ab Incarnatione Domini MCCXLIV. XV. Kalen. Iulii dat. ibid. eodem tempore, Indictione II.

NUM. XXXVI. Extensio Parochiæ montis S. Mariæ. Anno 1244.

In nomine sancte & individue Trinitatis Eberhardus Dei gratia Salzburgensis Archiepiscopus Apost. sedis Legatus omnibus presens scriptum inspecturis salutem. Cum ordinatio Ecclesiarum, que nostre sunt iurisdictioni subiecte in providentie nostre dependeat arbitrio, & circa eas dispensare possimus secundum canonum instituta, prout videbitur expedire. Ideo universitati tam presentium quam futurorum presenti pagina declaramus, nos de Parochia Möringen consensu & voluntate Gotfridi, qui eodem tempore eiusdem Ecclesie tenebat legitime regimen pastorale, XIII.

domos

domos ſcilicet in Opperch unam. An dem Hoven unam. Caſteige unam. Chopel duas. Auf der Oede unam. Da zem Weihſel unam. Da zen Aichen unam. Ufen Tazenſtat unam. Uf der Knuknmer ode unam. In dem Kirchæh unam. Im Grund unam. Sevel unam, & curiam in Kehſelberch, que iure Parochiali ad memoratam Eccleſiam pertinebant Parochie S. Marie in monte iuxta cenobium Raitenhaslach Ordinis Ciſtercienſis, ad petitionem Abbatis & fratrum eiusdem Monaſterii pro eo, quod eidem Eccleſie ſitu erant viciniores aſſignavimus iure perhenni. Statuentes ut de cetero domus prefate Eccleſiam S. Marie in monte habeant pro matrice & ab ea baptismum, euchariſtiam, penitentiam, ſepulturum & alia Eceleſiaſtica ſacramenta requirant & cum omni iure Parochialis ſubiectionis obedientiam debitam eidem Eccleſie exhibeant & devotam. Porro ne aliqua ſpiritualis ſecularisve perſona auſu temerario hanc noſtre inſtitutionis donationem infringere aut in irritum ducere preſumat, munimenta huius privilegii conſcribi iuſſimus & appoſitione ſigilli noſtri una cum teſtibus ſubter annotatis perpetuo inviolabiliter confirmamus. Teſtes *Otto prepoſitus. Fridericus plebanus. Chunradus Purchravius Canonici Salzburgenſes. Dietricus ſacerdos. Ortolfus. Ulricus. Dietmarus notarius Capellani Domini Archiepiſcopi*, & alii quam plures. Datum apud Titmaning anno Incarnationis Domini MCCXLIV. III. non. Auguſti Indict. ſecunda.

NUM. XXXVII. Conceſſio juris Civitatis in Waſſerburg. Circa annum 1245.

In nomine domini Ieſu Chriſti pateat univerſis, quod nos *Chunradus* Dei gratia Comes *de Wazzerburch* una cum *Chonegunde* noſtra conſorte domum cum area in oppido noſtro Wazzerburch ſitam quam bone memorie Sifridus opifex Magiſter baliſtarum venerabili abbati & conventui monaſterii in Raitenhaslach ordinis Ciſtercienſis Salzburgenſis Dyoceſis ultima voluntate teſtamento legavit,

gavit, iuxta piam eiusdem defuncti voluntatem ac Gerdrudis eius relicte tenore presentium, id quod factum est, gratum habentes pariter atque firmum: donamus monasterio iam dicto liberaliter & benigne, ut eam possideat cum suis usibus in perpetuum pacificem & quiete. Addentes eidem domui & monasterio prelibato in eodem oppido ius urbanum & civile quod vulgariter *Purchreht* appellatur & emunitatem canonicam & quietam in perpetuum. Juxta quod privilegia eidem ordini, a sede apostolica concessa plene declarant. In huius rei testimonium presens privilegium nostrum, & nostre consortis sigillorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec Wazzerburch XVIII. Kaln. Octob. coram his testibus. Venerabili abbate Ulrico Sewensi. Magistro Alberto Decano Pataviensi. Domino *Roudegero de Celle.* Domino *Hainrico de Zaizhering.* Domino *Alberto de Landfritshaim.* Domino *Friderico de Harthouen.* Domino *Wichmando do Sekbach. Hainrico Otingensi. Hainrico Otoldarm. Reinmaro Judice. Ulrico filio Meinhalmi. Chunrado de Haumhaim.* & aliis quam pluribus.

NUM. XXXVIII. Immunitas a Teloneo Oberbergensi. Anno 1246.

In nomine sancte & individue Trinitatis nos Otto Dei gratia Comes palatinus Rheni Dux Bawarie feliciter Amen. Pateat universis tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod nos ob memoriam Dei omnipotentis ac omnium Sanctorum nec non in remissionem peccatorum nostrorum ecclesie Cisterciensis ordinis in Raitenhaslach talem concessimus gratiam, videlicet, quod fratres illius ecclesie victualia sua de prediis suis provenientia in ascensu & descensu per aquas & terras in tanta deferant libertate, quod nullus mutariorum aut officialium nostrorum in *castro nostro Obernberg* commorantium, rerum occasione eisdem fratribus pertinentium aliquam mutam seu exactionem ab eis requirere audeat

vel

vel presumat. In huius igitur facti memoriam presentem paginam conscribi & sigillari fecimus & huius rei testes sunt *Lodwicus iunior Dux Bawarie & Chonradus comes de Wazzerburch. Rapoto palatinus comes Bawarie. Wernhardus & Hainricus comites de Leonberch. Hainricus de Schawenperch. Wernhardus de Uttendorf nobiles. Hainricus prepositus de Chyemse. Fridericus cappellanus. Rapoto Dyaconus. Ottolfus de Laiming. Eberhardus de Kühaim.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno domini MCCXLVI. VII. Kaln. Augusti IV. indictione in castro Burchhusin.

NUM. XXXIX. Immunitas a teloneis Austriacis.

An. 1249.

In nomine sancte & individue Trinitatis ego Hermannus Dei gratia Dux Austrie & Styrie & Marchio de Badem omnibus fidelibus in perpetuum. Quum ea, que ab antecessoribus nostris ad promotionem ecclesiarum & personarum Deo militantium sunt impensa & debemus & volumus non minuere sed augere: hoc ipsum feliciter intendentes, notum facimus universis, quod nos ob reverentiam Dei & omnium Sanctorum & in redemtionem peccaminum nostrorum & antecessorum nec non & successorum nostrorum ecclesie Cistercienſis ordinis in Raitenhaslach concessam & ex antiquo approbatam libertatem & gratiam innovamus: videlicet, ut fratres illius ecclesie in ascensu & decensu victualia sua & alia pertinentia sibi in tanta per terras & aquas deferant libertate, quod nullus mutariorum aut officialium nostrorum occasione rerum eisdem fratribus pertinentium aliquam mutam seu exactionem requirere audeat, vel presumat, excepto iure mutariorum, quod ad valorem denariorum XII. estimatur. Super hac igitur donationis libertate presentem cartam insignitam Karactere sigilli nostri fratribus memorati loci cum idoneorum adnotatione testium duximus porigendam. Testes hii sunt. *Leopoldus plebanus*

nus Wiennenſis. Hainricus notarius. Comes Chonrad de Hardekke. Comes Otto filius ſuus. Albero de Chumring. Hadmarus de Chumring. Hainricus Pincerna de Habſpach. Ulricus frater ſuus. Chunradus de Zekinge. Chonradus de Hinperch. Wulvingus de Tribanswinchel. Wernhardus de Roſpach. Ulricus de Pilichtorf. Rapoto de Valchenperch. Wernhardus & Hainricus fratres dicti preuſſelini. Eberamus de Eberdorf Styr marſchalcus & alii quam plures datum Chremſe III. Kaln. Septb. An. ab incarnatione domini MCCXLIX.

Appendet figillum. NUM. 30.

NUM. XL. Donatio Wernhardi de Uttendorf. An. 1261.

In nomine domini amen. Quoniam rerum ſumma paulatim deficiente ad nihilum veniet, quod fuit ante nihil, & mortalium propagini per mortis excidium cadente ea; ex omnibus nil pervenit, non remanet preter ſola merita, ut catholice fidei certiſſima ratio aſſeverat, opera enim illorum ſequuntur illos. Ego *Wernhardus de Uttendorf* iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans contuli eccleſie ſancte Marie in Raitenhaslach pro remedio anime mee, & *Agnetis* dilecte uxoris mee matrisque ipſius, ad quarum fidelem inſtantiam talia facta proceſſum habuerunt: curiam unam Maring nominatam cum omnibus appenditiis cultis & incultis, agris, pratis, ſilvis competis & ius piſcationis in lacu, qui lingua vulgari *Yndernſee* vocitatur cum predio ſecus eundem lacum ſito, cui vocabulum eſt Seliten, in quo piſcator reſidentiam habebit. Itemque in alio ſtagno, quod vulgo Herrantingerſe dicitur, ſimiliter ius piſcationis non pro tempore vel loco ſed plenariam, quando placuerit, piſcandi habeant facultatem. Et hec ſub tali forma; ut pauperes Chriſti Monachi ſcilicet, qui in loco ſupradicto Deo die noctuque deſerviunt, exinde paſcantur, & nos orationibus ſuis domino commendare ſtudeant. Sed quoniam per ſucceſſionem temporum a memoria mortalium labuntur, que tamen fideliter

ſunt

ſunt ſancita ut huius facti peractio rata, firma, & inconvulſa permaneat, preſens ſcriptum, quod pro Cirografo comparantes figilli noſtri appenſione pro diuturne aſtipulationis cautela roboravimus: pro maiori & huius rei firmamento teſtium idoneorum numerus infra adnotatus invenitur. *Ainwicus de Salarn. Herandus frater ſuus. Marchardus de Pfaffteten. Hainricus de Swiper. Aribo de Engiſchalchingen. Ulricus de Anhaim. Chunradus Zolnare Gebhardus Imperhtingn. Alramus Judex. Hainricus Judex de Meilchaim. Hainricus de Ro miniſterialis. Milites Sifridus de Imzingn. Meinhardus de Pathering. Hainricus de Hohunoſe* & alii quam plures. Cum in ore duorum aut trium teſtium omne conſtare ſecundum leges dicatur verbum vite promulgatum. Acta ſunt autem hee anno gratie M CCLI. Regnante Bawarie illuſtri Principe Ottone ſub venerabili abbate Walthero; totius orbis atque poli Monarchiam tenente domino noſtro Ieſu Chriſto, cui honor eſt & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

NUM. XLI. Donatio. Anno 1251.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Ego *Sboto de Tetlhaim* inſpiratione Dei omnipotentis; cuius providentia totum genus humanum gubernatur, & regitur, in quo ſumus, vivimus, atque movemur; contuli eccleſie ſancte Marie in Raitenhaslach ex proprietatibus hereditatum mearum duas curias *Hannolting* & Pochperch nominatas, tali conditione iure perpetuo poſſidendas: ſcilicet, ut me ſupervivente eedem curie annuatim quevis illarum LX. denarios iam dicto cenobio perſolvat. Sed cum communem humano generi diem fuero functus extremum, ſepedicti monaſterii habitatores me ſicut fidelem chriſtianum in locum Cimiterii ſui communi ſepulture tradendum recolligant adiuncta etiam *uxore mea B.* - - - cuius conſilio & favore talia facta proceſſum habuerunt, & ſic demum poſt obitum meum iterum

dicti cenobite curias memoratas cum attinentiis earum cultis & incultis, agris, pratis, silvis, competis nec non hominibus ibidem residentibus in generatione sua libere & absolute in suas possessiones deducant. Enimvero, quia generatio preterit generatio advenit, & fatum labilis memorie super filios hominum in progenies alteras per successiones temporum descendentes invalescit, huius rei coniecturam obdiu durabilem litterarum contestationem presenti scripto munimineque sigilli mei feci roborari. Ad maiorem autem huius facti tenidentiam testes idonei, qui huiuscemodi pactioni conventionis interfuit, subter annotati sunt. *Chuno de Tæchinch. Albertus de Jetenpach. Ministeriales fideles consanguinei mei. Hartmannus de Tutelhusen. Hainricus de Witharing. Milites. F. - - de Partirhosen. Magens de Rudolfstorf* & alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie MCCLI. sub venerabili domino Wal. Abbate illustri Duce domino Ottone feliciter regnante Bawariam, totius orbis atque poli Monarchiam tenente domino nostro Iesu Christo qui est Deus benedictus in secula seculorum Amen.

NUM. XLII. Concambium. An. 1251.

Res geste memoriam fugiunt, nisi literis alligentur. Inde est, quod ego Hainricus Dei gratia prepositus & Archidiaconus Kymensis cum universitate Capituli sui posteris presentiumque notitie scripto transmitto, concambium prediorum, quod factum est inter nos & dilectum in Christo fratrem dominum W. venerabilem Abbatem in Raitenhaslach suorum consentiente congregatione fratrum: duo predia Lengem videlicet & Pfæffing in proprietatem & in usum sue Ecclesie dantes & versa vice dimidium mansum apud Hoholting ab ipsis recipientes: sub ea conditione, ut iam dictum concambium utrinque ratum & inconvulsum permaneat in perpetuum. Subscriptione testium & appensione sigillorum utriusque Ecclesie data. T. h. s. *Heinricus prepositus. F. — cellerarius.*

rius. L. — camerarius, & alii. Otto de Aſchowe. Heinricus de Dorfpach & filius eius ſenior. Hungerus de Giebing. Actum apud Kyemſe anno gratie MCCLI. regnante Domino noſtro IEſu Chriſto.

NUM. XLIII. Donatio. Anno 1253.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod *Wipoto & Otto fratres de Tærring* ad petitionem Domini Waltheri Abbatis in Raitenhaslach curiam & hubam in Conpatenchirchen cum decimationibus in Parochia Perchirchen, que ad ipſos ſpectabant iure feodali ab Epiſcopatu Salisburgenſi, ab ipſis vero etiam habuit in feodo quidam *Chunradus de Iſen* ad ſatisfactionem iniuriarum, que per eos predicte Eccleſie hactenus ſunt illate, nec non pro eterna ſalute ipſorum ſepedicte Eccleſie in Raitenhaslach libere tradiderunt, cedentes in eisdem poſſeſſionibus omnimodis iuri ſuo. Inſuper etiam data fide promiſerunt, quod eandem donationem confirment coram domino electo Salzburgenſi prenominatas poſſeſſiones fideliter reſignando. H. r. t. ſ. *Ortliebus de Walda. Albertus de Lantfridshaim. Hainricus de Wilhering. Heinricus de Chnaſingen, & quidam dictus Has, quidam dictus Chnuchaimer. Hadmarus de Slehdorf. Otto Camerarius ab dem Wald*, & alii quam plures. Facta ſunt autem hec in Caſtro Troſtperch an. gratie MCCLIII. XVIII. Kalen. Iulii *& ego Ortlibus de Wald* rogatus a predictis fratribus de Torring preſens ſcriptum Sigillo meo addito & ipſorum Sigillo decrevi fideliter confirmari.

NUM. XLIV. Donatio. Anno 1253.

Pateat univerſis preſentibus & futuris preſentem literam reſpecturis. Quod ego Hainricus Wozenalarius Civis Monacenſis per manum uxoris mee Adelhaidis, & omnium heredum meorum, in preſentia Heinrici Iudicis tunc temporis Monaci, contuli Deo omnipotenti, & ſue genitrici glorioſe Virgini Marie in Raitenhas-

lach unum cu[illegible] in quo merces vendi solent, quod habet nunc Chunrad dictus Salzman in annuali censu XII. solidorum longorum Monacensium; situm infra forum volgo inter Watmangarios, & ego Hainricus Wetzmaler ab ea Ecclesia in Raitenhaslach in feodo illud cubile pro tempore vite mee pro censu annuali decem denariorum in signum, quod Raitenhaslach pertineat, suscepi: tunc mediante vero discreto fratre Rudolfo de eodem loco ita subiuncto, ut me decedente census dimidius predicte Ecclesie spectet, uxore insuper mea moriente in parte & in toto; non habito aliquo respectu ad meos heredes; supra scriptum cubile transeat in eiusdem Ecclesie utilitatem. Et ut hoc ratum permaneat, & inconvulsum, presens scriptum nostro sigilli munimine duximus roborandum. H. r. t. s. *Pertholdus quondam Iudex, Chunrat, Gebhart, Conrat Comes, Conr. Torer, Menhardus Vohgthor; Conr. Hergeltsperger, Conrat Pecel Ainmong. Unger Sander, Conrad Fosso, Tumor Fosso*, & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini MCCL. tertio feria VI. ante Dominicam: Domine ne longe &c. XI. Indictionis &c.

NUM. XLV. Donatio prædii Westerndorf. An. 1254.

Ego *Alhaidis* relicta quondam *Comitis Palatini Bawarie Rapotonis & filia nostra Elizabet* notum facimus universis, quod nos pro quibusdam delictis dilectissimi nostri Mariti pie memorie proprietatem predii nostri in Westendorf delegavimus super altare S. Marle in Raitenhaslach, tempore domini Waltheri Abbatis eiusdem loci & hec delegatio est de voluntate *fratris nostri Friderici iunioris Burchgravii de Nuernberch* & consilio confirmata, ut autem ipsa donatio rata permaneat & perpetuo inconulsa presentem literam sigillo predicti fratris nostri *Friderici* & proprio decrevimus roborare. H. r. t. s. *Gebhardus plebanus de Dietfuert. Hainricus plebanus de Ettenvelde. Dominus Hainricus de Achdorf miles. Hainricus*

dictus

dilius Stemphar, & filius eius Haiuricus. Fridericus de Mitterchirchen. Herwicus de Seifridſtorf. Wernherus de March. Otto de Harnperg. Chunrad de Weſtramschirchen, & alii quam plures. Datum anno incarnationis Domini MCCLIV.

Appendet Sigill. num. 33.

NUM. XLVI. Immunitas a Teloneis Auſtriacis Otakari regis. Anno 1255.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, nos Otacharus Dei gratia dominus Regni Bohemie Dux Auſtrie, Marchio Moravie omnibus fidelibus in perpetuum. Quoniam ea, que ab anteceſſoribus noſtris ad promotionem Eccleſiarum & perſonarum Deo militantium ſunt impenſa & debemus & volumus non minuere ſed augere: hoc ipſum feliciter attendentes, notum facimus univerſis, quod nos ob reverentiam Dei & omnium ſanctorum & in redemptionem peccaminum noſtrorum & anteceſſorum nec non & ſucceſſorum noſtrorum Eccleſie Ciſtercienſis Ordinis in Raitenhaslach conceſſam & ex antiquo approbatam libertatem & gratiam innovamus. Videlicet, ut fratres illius Eccleſie in aſcenſu & in deceſſu victualia ſua & alia ſibi pertinentia in tanta per terras & aquas deferant libertate, quod nullus mutariorum noſtrorum, aut officialium occaſione rerum eisdem fratribus pertinentium aliquam mutam ſeu exactionem requirerere audeat, aut preſumat, excepto iure mutariorum, quod ad valorem denariorum XII. eſtimatur. Super hac igitur donationis libertate preſentem cartam inſignitam karactere ſigilli noſtri fratribus memorati loci cum idoneorum annotatione teſtium duximus porigendam. T. h. ſ. *Dominus venerabilis electus Philippus S. Eccleſie Salzburgenſis. Dominus Otto venerabilis prepoſitus Eccleſie eiusdem. Dominus Otto & Dominus Chunrad fratres Comites de Playen. Gebhardus de Velwen. Gerhohus de Radekke. Chuno*

&

& Otto de Guetrat Magister Gotschalcus & Magister Wilhalmus Protonotarius nostri Magister Perhtoldus Protonotarius Domini electi Salzburgensis Hemmericus de Rore, & alii quam plures. Datum Wienne Anno Domini MCCLV. Indict. XIV. VI. Kalend. Iulii.

Appendet Sigill. num. 31.

NUM. XLVII. Contractus emptionis & fideiussionis. An. 1255.

Ludewicus Dei gratia Comes palatinus Reni Dux Bawarie. Noverint universi presentis litere inspectores, quód dilectus nobis Waltherus venerabilis abbas de Raitenhaslach apud *Poponem de Rehpokhing* puerum duo predia in Holzhæim, in Pussing duo predia. Anperch unum predium. Hæide, Madchobelpirkach predia pro CXVI. libris denariorum liberaliter comparavit; que ad usus debent sue perpetuo ecclesie deservire. Verum cum dictus Poppo huiusmodi venditionem *propter teneritatem* annorum memorato abbati & sue ecclesie non potuerit modo debito confirmare; *Ortolfus de Læming & Hainricus de Amarangen consanguinei eiusdem Poponis & Chunrad de Ruschawe pro uxore sua, sorore videlicet Poponis predicti cautionem Frideiussoriam prestiterunt. Quod procurent, cum idem Poppo ad annos discretionis* pervenit sine dolo, quod venditionem bonorum supradictorum ratam habeat & confirmet. Quod si factum non fuerit *prelibati Ortolfus & Hainricus* vel alter eorum sepefato abbati & ecclesie sue omne dampnum quod exinde consecuti fuerint, integraliter emendabunt & nihilominus predia quecunque, que prelibatus Poppo habuit titulo pignoris, ipse abbas & sua Ecclesia donec premissa confirmabuntur, omnia possidebunt. In cuius rei testimonium presentem litteram scribi fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Wazzerburch anno domini MCCLV. Pridie idus Iunii XIII. indictione.

NUM.

NUM. XLVIII. Donatio. Anno 1255.

Ego *Chunradus de Stainichirchen* hac litera profiteor univerſis, quod ad inſtantiam venerabilis abbatis in Raitenhaslach, & divine remunerationis intuitu, donavi predium meum in Stadel; curiam, quam a me habuerunt pueri domini *Ulrici de Erhartzſtorf* feodaliter; eccleſie beate Marie in Raitenhaslach conſenſu & aſſenſu puerorum meorum & omnium heredum. Et ne ſuper huiusmodi donatione prefata eccleſia in poſterum ab heredum meorum aliquo calumpnietur, preſentem paginam in huius rei memoriam ſepe dicte eccleſie porrigo, ad cautelam ſigilli mei munimine roboratam. Teſtes *Hertnidus de Perge. Einwicus de Salharn. Rudbertus de Spilberch. Albertus de Iahenſtorf. Amelbertus de Aiglingen. Hainricus de Mærlo, Chunradus Plebanus de Stadelowe huius litere Notarius*, & alii quam plures. Dat. Titmaningen an. domini MCCLV. Indictione XIV.

NUM. XLIX. Donatio inſulæ Bercha. An. 1255.

Que geruntur ſub bonorum hominum Teſtimonio, ut longe vivant in poſteritatis memoria, perhennari ſolent voce teſtium ſew teſtimonio litterarum. Inoteſcat ergo preſentibus, ut ſciant poſteri, quod ego *Wernhardus* Dei gratia *Comes de Lenberch* & *Hainricus frater meus*, cum adhuc viveret, ſuper inſula & prato in Bercha cum domino abbate, ſuisque confratribus eccleſie ſancte Marie in Raitenhaslach de jure proprietatis contendimus diuturna contentione; ipſis vero nihilominus tempore litis, dictum locum poſſidentibus, fenum, & alia ad uſus ſuos colligentes tanquam eiusdem loci veri poſſeſſores. Cum autem *Hainricus* frater meus de hoc mundo eſſet migraturus, jus prefate eccleſie in ſupradicto loco publice proteſtando recognovit: rogans quam intime; quatenus occaſione litis huiusmodi ſepe dictam eccleſiam deinceps non gravarem, & ſic ob honorem & veneratio-

nem beate & glorioſe virginis Marie contentioni ceſſimus: jus noſtrum, ſi quod ibidem habere debuimus eidem eccleſie libere conferentes. H. r. t. ſ. *Hainricus de Hoholtingen. Hertwicus de Seyfritſtorf. Gotſcalus de Winchingen. Hainricus de Talhaim Wolfgrim de Talhaim. Otto de Ried. Perichtoldus Ruſt de Genchofen. Milinger de Milingen.* Acta ſunt hec anno domini MCC quinquageſimo quinto.

NUM. L. Donatio Comitis de Mosburg. An. 1257.

Noverint univerſi, quod nos *Chunradus* Dei gratia *Comes de Moſburch* domino noſtro abbati nec non conventui in Raitenhaslach quandam noſtram decimam ipſis adjacentem, quam a domino noſtro Salzburgenſi Epiſcopo in Feodo poſſidebamus cum omni ſuo jure, remota aliqua parentum noſtrorum contradictione, pro XL. libr. & XX. ſolidis Ratisbonenſibus aſſignavimus libere poſſidendam. Teſtes dominus *Sifridus de Uraunhoven. dominus Liebhardus de Tegermvach. Richlerus de Ahaim. Chunradus de Gibing. Arnoldus de Gruenaug. Otto de Riberſperch. Iſenrich de Usheim. Chunrad de Swennbach. Chunrad de Chagen. Ruegerus de Rimpolsheim. Wernhardus cellerarus de Werda.* Smautshufer pero baliſtarius & alii quam plures. Datum apud Eherding in obſidione caſtri Dornperch. An. domini MCCLVII. XVII. Kal. auguſti.

Appendet ſigillum num. 36.

NUM. LI. Donatio Comitis in Rotenburg. An. 1257.

Noverint univerſi, quod nos *Chunradus* Dei gratia *Comes in Rotenburch* domino noſtro Walthero abbati nec non conventui in Raitenhaslach quandam noſtram decimam ipſis adjacentem, quam a domino noſtro Salzburgenſi Epiſcopo in feodo poſſidebamus, cum omni ſuo jure remota aliqua parentum noſtrorum contradictione pro XL. libr. & XX. ſol. Ratisbon. aſſignavimus libere poſſidendam. In huius rei teſtimonium ipſis preſentem paginam contu-

limus

limus noſtri ſigilli munimine roboratam. Teſtes dominus Swikerus Otingenſis prepoſitus G. notarius comitis de Tiling. Iohans in Landeshuet ſcolaſticus, Chunradus de Rotenburch Judex. Bero ſagittarius, Pernhardus londus, F. - - Cholnpekchen, Chunradus Cuttellator, Chunradus clippeator, Imfridus editnus, Cives in Landshuet, & alii quam plures. Datum Landshuet. An. domini MCC LVII. IV. Kal. Iulii.

NUM. LII. Donatio. Anno 1258.

Ego *Chunrad de Steinchirchen* profiteor teſtimonio huius ſcripti, quod conſenſu & voluntate bona uxoris mee *Alhaidis* & filii mei *Chunradi*, *dum ad annos* diſcretionis pervenerat & filiarum mearum donavi Eccleſie beate Marie in Raitenhaslach, curiam meam in Stadel & curiam meam in Polling cum hominibus eidem curie attinentibus & hubam in Herusheim & duas domos decimales unam in Stegen, alteram in eſtor nomine predii pleno iure. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram porrigo ad cautelam ſigilli mei robore comunitam. Teſtes *Karolus de Gebeningen Ludwicus de Frænchingen. Chunradus notarius dictus de Viſenhart. Aiſperamus de Eiſenpuch. Engelbertus de Holdingen. Wernhardus de Achmanne. Hainricus de Wagingen. Chunradus de Eppthauſen. Chunradus in Cellario. Hainricus Puchſinger. Rugerus de Schænlinten. Albertus Foreſtarius*, & alii plures. Datum in Raitenhaslach anno Domini MCCLVIII. III. Kalen. Auguſti.

NUM. LIII. Confirmatio Privilegiorum. de An. 1258.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Hainricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bawarie omnibus preſens ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Quia a Deo omnium remuneratore bonorum meritum accepturos non exiguum nos ſperamus, ſi eos alis protectionis ſpecialius confovemus, qui divino ſunt ſervitio man-

cipati & pro noſtra ſalute preces effundunt iugiter creatori: Igitur dilectis nobis abbati & conventui de Raitenhaslach Ordinis Ciſtercienſis volumus omnia privilegia tam ſedis apoſtolice, quam Imperatorum nec non kariſſimi Patris noſtri ac predeceſſorum noſtrorum, quibus ordo eorum aliqua noſcitur prerogativa ſeu libertate frui, ab omnibus, qui noſtram effugere cupiunt indignationem inviolabiliter obſervari. Inſuper diſtricte ſub optentu noſtre gratie prohibemus, ne aliquis pretextu iuris alicuius ſecularis ſeu advocatie, Herbergis, procurationibus, pabulo, vel exactionibus quaſibuscunque predia eorum aut homines gravare preſumat; cum ipſi nihilominus tam ſuis privilegiis quam noſtra donatione a talibus ſint excepti moleſtiis, nec homines eorum ad aliquorum iudicum placitum ſine abbatis voluntate teneantur venire; maxime cum ipſi abbati eiusque officialibus liceat cognoſcere de cauſis ipſorum & cognitas iudiciaria poteſtate difinire, niſi contra aliquem eorum querimonia ſpecialis habeatur: excepto cum aliquis in furto, latrocinio aut tali aliquo maleficio, quod ſententia ſanguinis eſt iudicandum, notorie fuerit deprehenſus; quia huiusmodi iudicia ſibi ordo eccleſiaſticus non vendicat; omni poſſeſſione rei tam mobili quam immobili Eccleſie adiudicata: *reus tamen cum eo, quod singulo comprehendit, iudicio seculari puniendus tradatur.* Ne autem alicui huius noſtre donationis gratiam liceat irritare, vel auſu temerario contraire, ad confirmationem perpetuam noſtri ſigilli impreſſione preſentem paginam duximus roborandam. Dat. Burchuſen anno gratie MCCLVIII. III. nonas, Iulii. *Renovatum* autem ſub ſigillo *noſtro novo*. Anno Domini MCCLXXI. Idus May.

Sigillum vetus Heinrici Ducis Chartæ An. 1259. num. 56. appenſum ſiſtimus n. 7. novum ſub num. 8. damus.

NUM.

NUM. LIV. Donatio Comitis de Werdenberg. An. 1259.

Oblivionis cognoſcitur minari periculum, quidcunque litterarum teſtimonio non firmatur. Huius itaque rationis intuitu notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod nos *Hartmannus* Dei gratia *Comes de Werdenberch* una de conſenſu & voluntate *Elizabet uxoris noſtre Comitiſſe in Chreiburch* ob remedium anime noſtre parentumque noſtrorum Eccleſie beate Marie in Raitenhaslach contulimus curiam noſtram ſitam in villa Nidergoltſawe in manus domini Hainrici Abbatis pleno iure perpetuo poſſidendam. Ut autem hec donatio noſtra robur obtineat firmitatis, hanc paginam noſtri impreſſione ſigilli nec non uxoris noſtre decrevimus roborare. H. d. t. ſ. *Dominus Otto de Vrowenberch. Hainricus Rorr. Hainricus Gaſtli. Fridericus de Mitterchirchen. Milites. Otakker de Sigenheim. Ludwicus de Frenching. Magiſter Ulricus Medicus. Nicolaus Monachus, & Cuſtos in Raitenhaslach*, & alii quam plures. Acta ſunt hec an. gratie MCCLIX. VI. non. May, datum in Burchuſen.

Sigill. Hartmanni de Werdenberch vid. Tom. II. Monum. Boicor. Tab. II. num. 14.

NUM. LV. Confirmatio donationis. Anno 1259.

Hainricus Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie, univerſis Chriſti fidelibus innoteſcat, quod cum Boppone, *filio Bopponis de Repokching* adhuc in etate tenera degente protutores *ipſius* predia ſubnotata, videlicet in Püchſing duo, Holzhaim duo, Awperigen unum, Pirchach unum, Haide unum, ze Made unum, Chopel unum, quoad poſſeſſionem Eccleſie de Raitenhaslach venditionis titulo tranſiviſſent; idem Boppo iuvenis poſtmodum ad maiorem etatem provectus in noſtra quoque preſentia conſtitutus venditionem predictam ſua ratihabitione eidem Eccleſie confirmavit, cedens publice ac renuncians omni iuri vel impetitioni, que ſibi in bonis prenominatis competieruat, vel competere po-

terant in futurum. In cuius rei memoriam & cautelam perennem eidem Eccleſie preſentem litteram dedimus noſtri ſigilli robore communitam cum teſtibus annotatis, qui ſunt: *Otto Prepoſitus Salzburgenſ. Albertus Linzmann, Seyfridus de Frawhovefen, Seyfridus de Frawenberch, Hainricus de Rærbach, Ortlibus de Walde, Seyfridus de Inzingen, Wernhardus de Vrænckhing, Hainricus Notarius, Hainricus de Puchſing. Chunradus Loder, Eppo de Guffelhaim, Chunradus de Aichelpergen, Rudegerus de Schænenlinden*, & alii quam plures. Actum in Purchuſen anno Domini Milleſimo CCLIX. XV. Kalen. Decembris. Renovatum autem ſub ſigillo noſtro novo An. Dom. MCCLXXI. Idus May.

NUM. LVI. Iura advocatiæ Cidlarienſis. An. 1259.

Hainricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenit, ſalutem in perpetuum. Scire vos cupimus univerſos, quod fidelis noſter *Ortliebus de Walde* divina inſpirante gratia anime ſue precavens in futurum in noſtra conſtitutus preſentia renunciavit libere & abſolute omni iuri, quod ſibi uſurpaverat ratione & nomine Cometie in prediis Eccleſie Raitenhaslach, ſitis in terminis Ceidlaren tam acquiſitis quam in poſterum acquirendis: iudicio ſanguinis & furti ſibi ſolumodo reſervato; ſicut in privilegiis prefate domus plenius continetur. Inſuper ad reſarcienda plene eiusdem Eccleſie damna, nec non ob remedium anime ſue parentumque ſuorum dimidiam curiam, ſcilicet Laubenbach, predicto cenobio affignavit pleno iure proprietatis in perpetuum poſſidendam. In huius igitur rei evidens teſtimonium hanc paginam conſcribi & cum teſtibus ſubſcriptis noſtri munimine ſigilli decrevimus roborari. T. ſ. *Chunrad Comes de Mosburch. Pincerna de Flugelſperch. Liebhardus de Tegernwach. Ulricus de Chamerberch. Perhtoldus de Uwunberch Rehwin de Purchſteten. Hainricus Rorer. Hainricus de Hage. Hainricus*

miles

miles de Chnaſingen, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dom. MCCLIX. in Caſtro Purchuſen in preſentia noſtri.

Appendet Sigill. num. 7.

NUM. LVII. Donatio Piſcinæ. An. 1261.

Nos Ulricus Dei gratia S. Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, Apoſtolice ſedis Legatus. Tenore preſentium ſcire volumus univerſos, quod nos piſcinam noſtram apud Mittermül, que volgariter Wuer dicitur, Hainrico venerabili Abbati, & dilectis in Chriſto fratribus de Raitenhaslach cum omnibus piſcationibus & iuribus univerſis & ſingulis, que nobis competebant hactenus, in eadem contulimus propter Deum: inhibentes ſub excommunicationis pena univerſis & ſingulis, ne prefatum abbatem aut fratres eiusdem monaſterii in ipſa piſcina & ſuis juribus deinceps preſumat aliquatenus moleſtare. In cuius collationis & defenſionis noſtræ teſtimonium literam preſentem eis concedimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Dat. Purchauſen. XIII. exeunte Marcio. Anno Domini milleſimo CC ſexageſimo primo. H. r. t. ſ. Otto venerabilis prepoſitus Salzburgenſis, *Gebhardus de Velwen*, *Chuno de Tæringen*, *Hainricus de Harſchirichen*, *Ortliebus de Wald*, *Wirnherus dictus ſub Arbore*, & *Chunradus dictus Hornpech*.

NUM. LVIII. Donatio ab Agnete Duciſſa Bajoar. facta. Anno 1262.

Agnes Dei gratia comitiſſa *Palatina reni Ducïſſa Bavarie* omnibus preſentis pagine inſpectoribus ſalutem in eo qui nos redemit ſuo ſanguine pretioſo. Quia malitia hominum decurſus temporum etiam bene geſtis ſolent ſæpius per contrarium obviare, ideo noverint uuiverſi preſentes ſcilicet & futuri quod nos ob remedium anime dilecti domini & mariti noſtri illuſtris *Ottonis* quondam Ducis *Bavarie* felicis recordationis nec non ad perpetue ſa-

lutis

putis incrementum anime nostre & omnium liberorum progenitorumque nostrorum singulorum, vaccariam nostram in Werude cum omnibus suis appenditiis cultis & incultis quesitis & inquirendis ad altare sancte Marie ecclesie in Raitenhaslach tradidimus pleno jure, ut eidem ecclesie in perpetuo seruituram. In huius itaque testimonium & cautelam ut nostra donatio a nullo debeat in posterum perturbari, presentem cedulam inde conscriptam nostri & nostrorum filiorum *Ludwici & Hainrici illustrium Comitum palatinorum Reni Ducum Bawarie* sigillorum munimine fecimus communiri. Datum Monachii Anno domini MCCLXII. in die beati Georgii quinte indictionis.

Appendet sigillum, quod exhibemus infra num. 12.

NUM. LIX. Privilegium Urbani IV. circa An. 1265

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati monasterii sancte Marie de Raitenhaslach eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus aplicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus & monasterium sancte Dei genitricis & V. Marie in Raitenhaslach Salzburgensis Dyecesis, in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercienſium fratrum, *a vobis ante concilium generale susceptam*, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futu-

futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis, cooperante domino, poterit adipiſci firma nobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, de Schucen, de Scidelorn, de Schonenperch, Weſſelberch, Grangias cum decimis, terris, poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis earundem, quas habetis in Parrochia eccleſie ſancti Laurentii de Halſpach. Decimas & poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui mons S. Marie vocatur de Ingental, & de Schuzzingen. Grangias cum decimis, terris, poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis earundem, quas habetis in Parochia eccleſie S. Martini de Moringen: molendinum unum cum aquarum decurſibus & omnibus pertinentiis ſuis, que in eadem Parrochia obtinetis. Grangiam unam, que vocatur Auperch prope dictum monaſterium ſitam, cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangias tres quas habetis in loco, qui vocatur ad Rufam domum cum decimis & omnibus pertinentiis earundem. Grangias tres cum decimis & omnibus pertinentiis earundem, quas habetis in loco, qui Weſtindorf nominatur. Grangias tres quas habetis in loco, qui vocatur Harde, cum decimis & omnibus pertinentiis earundem. Pratum unum, quod habetis in loco, qui in Tentenowe vulgariter nominatur; molendinum unum, quod medium molendinum vocatur cum aquarum decurſibus & omnibus pertinentiis ſuis, quod habetis ibidem. de Gumachenleiſchen. de Cumratingen. de Windeberch. de Gerchingen. Grangias cum decimis, terris, poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis earundem quas habetis in Parrochia eccleſie S. Blaſii de Perchirchen cum omnibus pertinentiis earundem. Molendinum cum aquarum decurſibus & omnibus pertinentiis ſuis, quod habetis ibidem. Grangiam unam cum decimis & omnibus pertinentiis ſuis, quam habetis in loco, qui Muſagulus nominatur; de-

cimas, terras, poſſeſſiones, quas habetis iuxta fluvium, qui nomi natur Ripa; piſcariam, quam habetis ibidem. Grangiam unam ſitam in oppido, quod nominatur Hellin cum omnibus pertiuentiis ſuis. Grangiam unam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habetis in loco, qui nominatur Chrems, Grangiam unam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habetis in loco, qui nominatur Perchen. Grangias tres, quas habetis in loco, qui Winthethihen vulgariter nominatur cum omnibus pertinentiis earundem. Grangias & decimas, quas habetis in villa, que vocatur Langwatting cum omnibus pertinentiis ſuis. Decimas, terras, poſſeſſiones, quas in Parrochia eccleſie S. Iohannis de Lencoſttal cum terris, pratis, vineis nemoribus Uſuagiis & paſcuis in Poſco & plano in aquis & molendinis in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitibus ſuis. Sane laborum veſtrorum *de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale* ac etiam novalium, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit ſive de ortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de veſtrorum animalium nutrimentis ullus a nobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere, *& reliqua uti ſupra in privilegio Innocentii III. de anno* 1214. *num. XXIII. pag.* 126. Nulli ergo omnino hominum &c. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Datum apud urbem veterem per manum Magiſtri Michaelis de Tholoſa S. romane eccleſie Vicecancellarii VIII. Kal. Iulii indictione VII. Incarnationis dominice anno MCCLXIV. Pontificatus vero domini Urbani Pape IV. Anno III.

NUM.

NUM. XL. Privilegium de non evocando & non pignorando. An. 1267.

Hainricus Dei gratia palatinus comes Reni Dux Bawarie, universis sue Dycionis officialibus ac ceteris hominibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Ejus nos intuitus ad favorem Cistercienſis ordinis & specialiter domus in Raitenhaslach provocat, ac inducit, cujus melior est misericordia super vitas. Unde cum ex alternatis inpetitionum actionibus, homines ipsius ecclesie non modica hucusque dispendia sint perpessi, nos huic dampno remedium adhibere curantes, decernimus, & presentis scripti tenore precipimus & mandamus: ne de cetero ex eisdem hominibus alter inpignoretur pro altero seu trahatur in causam; vel ad alterius loci, quam in quo residet, judicium evocetur, nisi forte sine dolo, aut captione de communi sententia id contigerit, non ex odio, vel rancore, sed generali iustitia definiri. Datum in Burchhusim. Anno incarnationis dominice MCC LXVII. In vigilia beati Laurentii Martyris. Renovatum autem sub sigillo nostro novo anno domini MCCLXXI. Idus Maii.

NUM. LXI. Evictio. Anno 1267.

Omnibus iudicibus hinc inde per Austriam constitutis, & aliis *quibuscunque* presentes literas inspecturis, *Berchtoldus de Uttendorf*, veritatem defendere cum salute. Cum quondam bone memorie Pater meus consensu omnium quorum intererat accedente, possessiones suas dictas Seliten, sitas in districtu Illustris Ducis Bavarie, que sibi & suis progenitoribus universis proprietatis titulo pertinebant venerabilibus in Christo Abbati & Conventui in Raitenhaslach, suoque monasterio donaverit & tradiderit pleno iure simpliciter propter Deum perpetuo possidendas, quas ipsum Monasterium XVIII. annis & amplius usque nunc quiete noscitur

poſſediſſe ſuper quibus, dictus de Wihſe ſalutis ſue immemor & honoris, eundem Conventum falſo, & contra iuſtitiam inquietat; aſſerens, dictas poſſeſſiones proprietatis ſibi titulo pertinere, ac idcirco cum ſibi iuſtitia in noſtris diſtrictibus hinc inde ut fatetur, usque nunc ſepius ſit negata, quamvis hoc nunquam ab aliquo fit auditum, poſſeſſiones ſepe dicti Monaſterii ſitas in Auſtria, intendit per ſuggeſtionem falſam & falſi vobis iudicibus factam, vel forſitan faciendam, indebite occupare, diſcretionis noſtre providentiam & honorem duxi preſentibus exorandam. Quatenus Dei & iuſtitie intuitu, mearumque precum interventu dictum de Wihſe ab infeſtatione ſepe dicti Monaſterii compeſcatis, preſertim cum proteſtatus coram nobilibus terre noſtre, & vobis preſentibus iam proteſtor una cum *Ortolfo dicto Zulle*, *Herando de Satharn & fratre ſuo Ainwigo*, *Gebehardo dicto Gaizgebel militibus*, *Gebehardo de Aimingen*, *Hainrico dicto Hueber*, *& Haymone iudice meis miniſterialibus*, aliisque quam plurimis probis viris id mecum proteſtantibus iuramento corporali, ſuper hoc a nobis omnibus facto, & adhuc ſi neceſſe fuerit, faciendo, predicta omnia & ſingula eſſe vera: videlicet proprietatem dictarum poſſeſſionum ad meos progenitores a retroactis temporibus iuſto titulo pertinere, ac poſtmodum donationem ſupra dicto Monaſterio legaliter eſſe factam. In cuius facti evidentiam preſentem cedulam ſigillo meo ſignatam vobis duxi pro teſtimonio transmittendam, offerendo eidem de Wihſe ex ſuperhabundanti iuſtitia cum in diſtrictibus noſtris ut iuſtum eſt duxerit requirendam, promittens eidem, ne timorem rerum & perſone valeat allegare in protectionem meam ipſum recipere ſub periculo rerum mearum in aſcenſu & deſcenſu, quousque ad propria revertatur. Datum anno Domini MCCLXVII. in Vigilia Pentecoſten.

NUM.

NUM. LXII. Donatio. Anno 1268.

Ego *Hainricus de Haurback* ſingulas & univerſis preſentibus ſive nobis ſuccedentibus ad cognoſcendam rei facte veritatem hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in omnium auctore. Que geruntur in tempore, ne labantur cum lapſu temporis & ne poſſit eis in poſterum calumpnia apponi literarum ſolent apicibus ac teſtimonio perhennari. Inoteſcat igitur preſentibus & futuris, quod ego *Heinricus de Haurback* divina gratia compunctus propter gravamina, que fratres Monaſterii S. Marie in Raitenhaslach a patre meo pie memorie in Eccleſia Perchirchen receperunt, in remedium Patris & Matris mee, nec non in remiſſionem peccatorum meorum predium meum Haide cum omnibus ſuis attinentiis delegavi fratribus pretaxatis: tali tamen conditione, ut usque ad finem VII. annorum inde XXX. denariorum accipiant annuatim poſt annos autem VII. cum plenis eiusdem predii redditibus dempta omnium inpetione contuli libere dominis ſepedictis perpetuo poſſidendum. In cuius rei teſtimonium & cautelam ego *Hainricus de Hourbach & ego Albertus de Hals* cum ſubnotatis teſtibus ſigillorum noſtrorum preſentem cedulam dedimus roboratam munimine. T. a. ſ. h. *Dominus Chunradus Abbas de Raitenhaslach. Frater Chunradus Cellerarius maior eiusdem loci. Dominus Albertus de Hals. Wolfinus Vicedominus illuſtris Ducis Bawarie. Heinricus de Mosdorf. Marchardus de Aich. Heinricus iudex de Geiſenhauſen. Ulricus Refs. Wilhalmus de Chunrating. Fridericus de Criſpilſteten*, & alii quam plures in Domino fideles. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXVIII. Indict. XI.

NUM. LXIII. Laudum. Anno 1270.

Nos *Wernhardus* Dei gratia *Comes in Lewnberch* altiori hominum, tam preſentium, quam futurorum Memorie commendamus, quod lis habita multo tempore inter Eccleſiam de Raiten-

haslach & quosdam homines nostros super predio predicte Ecclesie in Oberntawbenpach, arbitrio discretorum virorum fratrum Domini Hainrici Decano in Zeidlarn, & Domini Hainrici Vicarii in Stamhaim tandem taliter est decisa; quod dicti homines nostri solvent annuatim prefate Ecclesie in Raitenhaslach de prelibato predio triginta denarios Ratisponensium & hoc in festo S. Rudperti Episcopi in autumno: nisi eos aut sterilitas terre, aut grando, aut incendium aut gravis terre Gwera tam graviter in eodem predio leserit, quod prenominatum censum nequierint, & hoc plebanus, qui tunc temporis in Stamhaim fuerit, cum duobus vicinis colonis sub attestatione dixerint iuramenti. Additum est etiam, ut qualicunque anno aliqui predictorum hominum residentium in prefato predio ante pretaxatum festum S. Rudperti vel in ipso die eiusdem festi superfederint prenominatum censum ante diem Ecclesie solvere; quod tales cadant omnimodis a iure suo quod in eodem habere predio dinoscuntur: ceteris Heredibus iuris supradicti predii permanentibus in iure suo: ius vero omnium illorum, qui censum suum statuto tempore in festo videlicet S. Rudperti non persolverint cedet Ecclesie in Raitenhaslach deinceps libere & absolute. Ut autem hoc facti debitum robur habeat firmitatis presentem paginam de consensu & voluntate supradictorum hominum nostrorum contradimus Ecclesie in Raitenhaslach sigilli nostri munimine roboratam. H. r. t. s. *Hainricus miles de Acholtingen. Hainricus filius eiusdem. Herwicus de Seifritsdorf. Ortolfus Visla. Wertherus Vislar. Hainricus de Giebingen*, & alii quam plures. Acta sunt hec apud Stambham anno Domini MCCLXX. in vigilia Apostolorum Petri, & Pauli.

NUM. LXIV. Donatio. Anno 1270.

Suboriri solet a gestis hominum multa calumpnia, nisi lingua bonorum virorum testes adhibeantur, aut scriptura. Innotescat igi-

igitur preſentibus & futuris, quod ego *Fridericus de Taring* divina admonitus inſpiratione, proprietatem predii Wiſentzhart cum voluntate *Soffie uxoris* mee cum omnibus appendiciis pro mea, parentumque meorum animabus dedi cenobio S. Marie in Raitenhaslach poſſidendum, & fratrum uſui profuturum, idemque predium ſolverant a Hainrico cognomento Chrolmungar pro XVIII. Salzburgenſ. monete ſolidis denariorum. Inſuper vendidi aliud predium vocabulo Ertgrub pro tribus libris predicte monete cum omnibus uſibus fratribus pretaxatis. Unde ne qua inpoſterum poſſit oriri calumpnia, donationem meam ſubſcriptione teſtium, & preſentis ſcripture munimine roboravi. Acta ſunt autem hec Incarnati verbi anno MCCLXX. H. a. t. *Dominus Chunradus Abbas in Raitenhaslach, & frater Chunradus ibidem cellerarius, Ulricus Plebanus de Tittmaning, Ortolfus Plebanus de Fridolfing, Cono de Walde, Ortolfus de Chay, Chunradus de Ettenveld, Wernhardus dictus Zuechswert, Ulricus Wiſe*, & alii plurimi & honeſti.

NUM. LXV. Donatio vaccariæ. An. 1271.

Nos Ludwicus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in perpetuum. Oblivionis minari cognoſcitur periculum quicquid litterarum teſtimonio non perhennatur. Hinc eſt, quod notitie tradimus univerſorum, quod cum Eccleſia S. Marie in Raitenhaslach per nos & noſtros dampnum in parte in Eccleſia S. Iohannis in Luichental recepit & gravamen, in recompenſationem ipſius dampni nec non ob remedium anime noſtre, ac parentum noſtrorum devotione permoti; per inſtantiam Chunradi venerabilis Abbatis prelibate Eccleſie vaccariam noſtram in *Uronaſchelberch* cum omnibus ſibi attinentibus paſcuis, ſilvis, pratis, cultis & incultis, queſitis & inquirendis una cum hominibus ad dictam vaccariam pertinentibus videlicet Dietmaro Hermout & Hainrico cum poſteritate ipſorum

damus

damus libere ac ſolute. Quam vaccariam ſepedictus Abbas ab *Ottone de Steunhoven* redemit pro ſumma XVI. talentorum. In cuius rei teſtimonium & cautelam preſentem paginam memorate Eccleſie in Raitenhaslach damus ſigilli noſtri robore communitam. H. r. t. ſ. *Chunrad Decanus de Ebſe, Perhtoldus notarius noſter de Witolferhoven. Perhtol Plebanus S. Iohannis Eccleſie. Hainricus Plebanus de Orlam. Meinhardus Comes de Rotenekke. Albero de Prokkeberch. Chunrad de Uriunſperch. G. & F. fratres de Velben. Heinricus de Preiſing. C. & R. fratres de Haslanch. Albertus de Habichawe. S. de Schonſtetten*, & alii quam plures. Acta ſunt hec in Chitzeinſpuhel, an. Dom. MCCLXXI. VIII. Idus Iunii.

NUM. LXVI. Immunitas a Teloneo Aſchacenſi. Anno 1272.

Ne geſta hominum rationabiliter facta per diuturnitatem temporis oblivio tollat, congruit ea ſcripture teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod nos *Hainricus de Schoumberch* notum eſſe volumus omnibus hanc litteram inſpecturis quod donationem ſive conceſſionem Eccleſie S. Marie in Raitenhaslach fratribusque ibidem Deo famulantibus per nos & *Wernhardum* fratrem noſtrum pie memorie ob remedium animarum noſtrarum, & progenitorum, ac ſucceſſorum noſtrorum factam: videlicet, quod naves dictorum fratrum aſcendentes de Auſtria ipſorum victualia portantes ſcilicet vinum, frumentum, nec non alia victualia in Muta noſtra Aſchach libere pertranſeant ſine muta perpetualiter excepto iure mutariorum, quod ad valorem tantummodo denarior. XIV. eſtimatur cum conſenſu *filiorum noſtrorum Wernhardi & Heinrici* propter dilectionem & amorem, quem ad eundem habemus locum, ob reverentiam glorioſe Virginis Marie nec non ad inſtantiam domini Chunradi Abbatis ibidem venerabilis confirmavimus ipſis donationem prehabitam renovantes. Ut autem hec noſtra donatio ſimul & con-

concessio rate permaneat & inconvulse, in testimonium & cautelam presentem cedulam munimine sigillorum nostrorum filiorumque nostrorum *Wernhardi & Hainrici* prefatis fratribus dedimus roboratam. H. r. t. s. *Hertnidus Dapifer. Chunradus de Wert. Ulricus de Chirchperch. Chunradus de Strechen. Chunradus Stal. Ludwicus Schiur. Hainricus de Mæring. Hainricus de Gibing. Fridericus Plebanus de Vert. Hainricus Notarius. Karolus Pedagogus Domicellorum de Schoumberch. Hertwicus & Albertus tunc temporis notarii in Aschach. Otto Pfeslinus*, & alii quam plures. Acta sunt hec apud Schoumberch anno Domini MCCLXXII. in vigilia palmarum.

Appendent sigilla num. 39. & 40.

Not. Confirmatum est hoc privilegium an. 1284. per *Wernhardum & Heinricum fratres de Schaunberch*, testibus *Ottone de Ror, Conrado & Rudolfo Stal, Conr. de Furt.* anno 1363. per *Ulricum & Heinricum fratres Comites de Schaunberg*, & anno 1365. per *Comitem Heinricum*, cuius cartam damus infra, tandemque anno 1423. per Comitem *Johannem*.

NUM. LXVII. Donatio. Anno 1273.

Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, & pereat, discretorum virorum prudentia solet eas per litteras eternare. Innotescat ergo presentibus & futuris, quod ego *Alhardus de Uraunhoven* ad petitionem venerabilis Domini Chunradi Abbatis de Raitenhaslach & eiusdem loci cellerarii advocatitium meum Engelbertum nomine, quicquam iuris advocatie in eo habui, cum consensu liberorum meorum cenobio Raitenhaslach donavi cum corpore & rebus, libere & absolute, tamen Ratisponensi Ecclesie salvo iure. Insuper protestor pagina in presenti, quod *Wernhardus de Wisen* consensu *uxoris* eius, & domina *Elena* relicta fratris eius *Berhtoldi* curiam eorum propriam superiorem Æpingen dictam delegaverunt cenobio Raitenhaslach, eiusdemque cenobitis in remissionem peccaminum eorum, nec non in remedium ani-

marum omnium parentum eorum perpetuo poſſidendam. Tamen tali appoſita pactione, ut tres perſone videlicet Wernhardus & uxor eius Luikardis & Elena ob predictam curiam III. Sol. denar. ſolvant Ratisponenſ. prefato monaſterio annuatim. Sed notandum cum de predictis perſonis domina *Elena* deceſſerit, pars ipſius perſone, videlicet media curia cum omnibus pertinentiis ſuis cedet cenobio ſepedicto. Cum autem *Wernhardus & uxor eius Luicardis* obierint, tota prefata ſolvetur curia, remota omni occaſione cum omnibus pertinentibus ad eandem ſepe cenobio ſupra ſcripto. Ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, ego Alhardus de Urounhoven ad petitionem utriusque partis ad cautelam ſigilli mei munimine ſepe dictis fratribus hanc paginam tradidi roboratam. Datum anno Domini MCCLXXIII. H. a. ſ. t. *Dominus Dietricus Perninger, Gotfridus de Renbolshaim, & Rudgerus frater eius. Rudgerus de Tampach. Hainricus de Schilterperge. Egolf de Warte Crahaimer. Alpertus Puecher. Hainricus de Uſhaim. Rudgerus de Omiting. Hainricus de Aſcha. Hii filii Rudgeri de Renbolshaim. Perhtoldus. Liebhardus. Chunradus. Rugerus. Filii Tampechii. Liebhardus. Nicolaus. Hainricus & Otto de Ripholſperg.*

NUM. LXVIII. Immunitas a Teloneo Neuburgenſi, Otakari regis. Anno 1273.

Otacharus Dei gratia Rex Bohemie, Dux Auſtrie Stirie & Karinthie, Marchio Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre, ac Portusnaonis. Quoniam ea, que ab anteceſſoribus noſtris ad promotionem Eccleſiarum & perſonarum Deo militantium ſunt conceſſa, & debemus & volumus non minuere ſed augere. Notum facimus univerſis preſentium notitiam habituris, quod ob reverentiam Dei & omnium Sanctorum, & in redemptionem peccaminum noſtrorum & anteceſſorum, nec non & ſucceſſorum noſtrorum Eccleſie Ciſtercienſis Ordinis in Raitenhaslach conceſſam

&

& ex antiquo approbatum libertatem & gratiam innovamus. Videlicet ut fratres illius Ecclesie in deducendis salibus duorum talentorum amplioris ligaminis, & victualium suorum apud castrum Neumburch, quod situm est super Enum in exactione Thelonei sive mute non debeant aliquatenus impediri. Super hac igitur libertate presentem litteram sigillorum nostrorum Karactere fratribus memoratis cum idoneorum annotatione testium duximus porrigendam. T. h. s. *videlicet Dominus Petrus venerabilis Episcopus Patavienſis. Zimilo de Brunow Abbas de ſancta Corona. Schetſo, Gregorius inclite Regine Bohemie Camerarius*, & alii quam plurimi fide digni. Datum in Chremsa, anno Domini MCCLXXIII. pridie idus Octob. Indictionis secunde.

NUM. LXIX. Immunitas a Teloneis, Otakeri Regis. Anno 1275.

Nos Otacharus Dei gratia Bohemie Rex, Dux Austrie Stirie & Karimthie, Marchio Moravie, dominus Karniole, Marche, atque Egre & Portusnaonis salutem omnibus fidelibus in perpetuum. Plenam fiduciam in domino obtinentes, si Deo devotis ex regia benignitate gratiam faciamus, unde possint comodius sustentari, quod proinde divina clementia clementius regnum nostrum stabiliat, & in futuro felicitatis nobis bravium condonetur. Hinc est, quod etsi circa omnes religiones nostra Maiestas moveatur, circa ordinem tamen Cistercienſem tanto specialiori favore ducitur, quanto in rigore rèligionis ceteris antefertur. Sane odoris bone fame allecti dulcedine, que de ecclesia in Raitenhaslach tamquam odor Christi bonus per sacram monastice vite observantiam dulcorose diffunditur, dicte ecclesie ad petitionem viri religiosi Chunradi tunc abbatis ibidem de gratia concessimus speciali, ut duo talenta cupparum salis ampli ligaminis libere & sine omni exactione mute sive thelonei per dominium nostrum, in quibus quedam

loca duximus propriis vocabulis exprimenda. Lintz, Emarstorf, Ibs, & Stain ducere debeat singulis annis semel. Nulli igitur nobilium, mutariorum, iudicum, procuratorum seu quorumcunque officialium quocunque nomine censeantur, liceat, presentem libertatem indultam infringere, vel ei cavillosis interpretationibus, cum interpretari gratiam nostram nos tantum respiciat, in aliquo contraire. Gravis enim animadversionis penam incurret, qui concessionibus ob salutem nostram factis detinendo vel extorquendo presumpserit derogare. Nec mirum, cum specialis favor predicto indulto ab illis impendi debeat, qui nostram prosperitatem noscuntur iocundius affectare. Si vero quod absit aliquis tam salubris nostri indulti violator extiterit, pro sua temeritate penam & nostram indignationem sustinebit, & ablata cum dampno perpesso restituet, ut de peccato, quod comisisse noscitur, taceamus. Ut igitur presenti nostre gratie nullus per detentionem, extorsionem in aliquo loco mute, vel pretextu alicuius iuris petitionis vel consuetudinis audeat novercari, in signum plene & libere libertatis presens tradimus instrumentum sigillis nostre excellentie roboratum. Datum Prage anno domini MCCLXXV. Indictione III. Idus Marcii.

NUM. LXX. Revocatio iuris Custodiæ. An. 1275.

Nos Fridericus Dei gratia S. Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Apostolice sedis legatus, presenti profitemur pagina, quod ob reverentiam gloriose Virginis Marie, & omnium Sanctorum, ac diligentem instantiam venerabilis in Christo fratris nostri Chunradi Abbatis Monasterii in Raitenhaslach, revocamus integraliter omne ius custodie, quod volgo dicitur *Gehaien*, si quod iudices vel officiales nostri se habere asserunt in pratis sitis apud flumen, quod dicitur Ysen, ubicumque eadem prata sita fuerint, sicut etiam quondam a quibusdam predecessoribus nostris extitit revocatum. Nolentes igitur dictum monasterium in iam

dictis

dictis pratis aliqualiter aggravari, universis iudicibus & officialibus nostris sub optentu gratie firmiter mandamus, ne huiusmodi custodias, ut supra tactum est, in eisdem pratis presumant sibi aliqualiter usurpare. In cuius rei robur, & perpetuam libertatem has literas eidem monasterio dedimus nostri sigilli munimine munitas. Datum in Müldorf anno Domini MCCLXXV. XII. Kalen. Augusti.

NUM. LXXI. Privilegium Friderici AEpisc. Salisb. Anno 1276.

In nomine sancte & individue Trinitatis Amen. Fridericus Dei gratia S. Salzburgensis Ecclesie electus Apost. sedis legatus in perpetuum. Cum transcursus temporum a memoria hominum acta plerumque expellat oblivionis nubilo, sollers antiquorum prudentia scripture remedium adinvenit, sicque fiunt notitie posterorum multa gesta recentia, que alias & priorum recordationum vetustas temporis excepisset. Proinde presenti scripto patere volumus universis, quod venerabilium dominorum Abbatis & conventus fratrum de Raitenhaslach devota precum inclinati instantia, ut eorum orationum sive aliorum bonorum actuum meritis participemur; Metas in monte nostro super Hellinum iuxta domum *auf dem Gemerche* vulgariter nominatum sitas, de quibus & olim eisdem dominis *cum* officialibus nostre Saline fuit contentio, quarum & termini seu cultura per totam domus ipsius *auf dem Gemerche* aream usque ad extremum parietem eiusdem in montis ascensu ad occasum respicientem pretenduntur de mera nostre liberalitatis munificentia elargimur, atque predecessorum nostrorum ipsis de terminis eisdem donationem auctoritate presentium confirmamus. Ne igitur huic facto in posterum aliqua valeat suboriri dubietas, aut idem a nobis vel nostris successoribus permutari, presentem litteram conscribi fecimus, & sigilli nostri Karactere communiri. Testes

dominus *Hermannus de Juſtingen. dominus Chunz de Chaphinge* canonici eccleſie noſtre. *frater Albertus de Salem. dominus Gebhardus de Velbn. dominus Chuno de Gotrat. dominus Hainricus de Harschirchen. dominus Chunradus de Wartenvels. dominus Ekhardus de Tanne. Otto de Walhen. & Fridericus de Torringe. miniſteriales. dominus Ulricus de Wiſpach. & dominus Gotſchalcus vicedominus*, & alii quam plures. Datum Salzburch anno gratie MCCLXX. VI. Kaln. Septemb.

NUM. LXXII. Immunitas a Teloneis Neuburgenſibus. Anno 1277.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Ego *Fridericus Purcravius de Nurnberch* omnibus fidelibus in perpetuum; quoniam ea que ab anteceſſoribus noſtris ad promotionem eccleſiarum & perſonarum Deo militantium ſunt conceſſa & debemus, & volumus non minuere, ſed augere. Hoc ipſum feliciter attendentes, Notum facimus univerſis, quod nos ob reverentiam Dei & omnium Sanctorum & in redemptionem peccatorum meorum, & anteceſſorum, nec non etiam ſucceſſorum meorum, eccleſie Ciſtercienſis ordinis in Raitenhaslach conceſſam, & ex antiquo approbatam libertatem & gratiam, ad inſtantiam & petitionem viri religioſi Chunradi tunc Abbatis ibidem inovamus: videlicet, ut fratres illius eccleſie duo talenta ſalium ampli ligaminis ſingulis annis ſemel, quando eis placuerit, & in aſcenſu & deſcenſu victualia ſua & alia ſibi pertinentia, in tanta per caſtrum Neunburch deferant libertate, quod nullus mutariorum, aut officialium noſtrorum occaſione, rerum eisdem fratribus pertinentium aliquam mutam, ſeu exactionem requirere audeat vel preſumat, excepto iure mutariorum, quod ad valorem denariorum duodecim eſtimatur. Super hac igitur donationis libertate preſentem cartam tradidi ſigilli mei Karactere inſignitam. Datum Wienne anno domini MCCLXXVII. Nono Kaln. Junii.

NUM.

NUM. LXXIII. Venditio. Anno 1289.

Wir *Fridrich, Ulrich, Hainrich, und Chunrad von Hallerprukk*, veriehen, und thun chunt allen den die disen Brief lesent, oder hörent lesen, daz wir den Hof datz Prinhausen, und den gut datz Chrutzenpyhel, und ze Voröd, und zwai datz Laidretting, und sibenzechent Haus umb Schrenchenbach, haben verchauft dem ersam apt Chunrad von Raitenhaslach und siner Samnung umb sechs und sibenzich Pfunt Pfenning salzburger Munzze: mit guten willen aller unser Chinder, wan *besunderlich igleicher seinen Leichauf hat empfangen, umb die Verzeichung: und ze dem ersten den meinen Fridreichs chint Chunrad, Ulrich, Friderich Ludweich. und auch mein Ulrichs chint Chunrad, Ulrich, Gebhard, Wernher Dietmut und Chunegunt, und auch meinen Chunrats, Ulrich und Chunegunt*, und haben bey vorgenanten gut mit allem dem, daz darzu gehöret, besuechts, und unbesuchtes, swie es genant ist, fyr vreyz und ledigez aigen geben, dem Gozhaus ze Raitenhaslach: also daz wir noch Unsrey chint nimmen in chainen Chriech noch chain Ansprach darnach schullen noch mugen haben: und daz der Chauf unzerbrochen, und stat behalten werde, dem oftgenanten Gotzhaus ze Raitenhaslach haben wir *Fridreich und Ulrich* unsern aignen Insigl gelegt an dise hantfest ze ainen waren Urkund, und wan wir *Hainrich und Chunrad* nicht enheten aignen Insigel, hat her *Chunrad von Teching* und her *Nicla von Ambrang* durch unset Uleg, und Pet iren Insigl gehangen an disen Brief ze einer ewigen Statigung aller der Sache, die oben geschriben sint. Dits Kauf sint gezeug *herr Chunrad von Feching, herr Nicla von Ambrang, Chunrad von Ausperch*, und andern erbergen zeugen genuch. Wir veriehen auch alle vier Brüeder von Hallerprukke, daz wir den obengeschriben gut haben aufgeseit ze Raitenhaslach auf unser Vrouen altar ze Gesicht und ze der Gegenburtichait aller der Samnung, und des Gesints ze Raiten-

tenhaslach, di alle samt diser Sach gezeug sint. Disen hantfest ist gegeben datz Raitenhaslach, do von unsers Herrn gebur waren tausent Iar, zwai hundert Iar, und in neun und achzigistên Iar darnach des Suntags nach sand Philipps und sand Iacobs Tag.

NUM. LXXIV. Donatio. Anno 1259.

Nos *Alhaidis de Radekk* uxor *iunioris Gerhohi*, tenore presentium profitemur, una cum filia nostra Elisabeth, monasterio sancte Marie in Raitenhaslach in remedium carissimi quondam mariti nostri domini *Ottonis* pie memorie *de Balhen*, Diemudem uxorem Sibotonis de Pewaren, proprietatis titulo legasse cum omnibus ex eadem procreatis & generandis heredibus, perpetuo & libere possidendam, ita ut & nos participes simus omnium bonorum, que fiunt in domo prehabita in vita nostra pariter & in morte. Datum & actum anno domini MCCXXXVIV. pridie Kal. Ian. H. r. t. s. *Dominus Gerhohus de Radekk maritus predictus noster, item dominus Chunradus venerabilis Abbas in Raitenhaslach, frater Berchtoldus Cellerarius in Raitenhaslach, Ulricus de Hallerprukk, Fridericus & Chunradus fratres eiusdem, Zacharias filius domini Ott de Owe, & Heinricus de Tuenhausen nobilis.* In cuius rei testimonium sigillo nostro, nec non Gerhohi mariti nostri imo Rev. Dni. Chunradi Abbatis in Raitenhaslach hanc litteram iussimus consignari.

NUM. LXXV. Donatio. Anno 1290.

Ne pestifera malignorum hominum detractio, seu labilis fidelium memoria sub incerto fluctuans oblivionis sarculo acta corruere faciat in posterum subnotata: nos Hainricus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie presentis scripti testimonio profitemur, & patere volumus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, quod approbatione nostri consensus *Ulricus* dictus *Seifrides Wuer* una cum uxore sua nomine *Offmia* spe premii celestis

celestis legavit Ecclesie S. Marie in Raitenhaslach sub titulo proprietatis curiam suam dictam Tanne; cum omnibus suis pertinentiis cultis & incultis, quesitis & non quesitis, addita ibidem decima, que de XXX. & VI. domibus poterit annis singulis provenire. Licet XIV. ex illis domibus fratres prefati monasterii pro XII. lib. Ratisponenfibus minus LX. denariis redimere compellantur. Decimam quoque prehabitam, quam a domino Salzburgensi Archiepiscopo habuit infeodatam, ut Ecclesie Raitenhaslaensi cedat hec collatio, tenebitur resignare. Sane tamen memorie commendandum, quod pietatem huiusmodi donationis fratres antedicti loci per infra scripta predia eidem Ulrico nec non uxori sue ad dies tantummodo utriusque vite conditionaliter refuderunt: primo curiam in Gransheim. Item unam in Albolfingen; hubam unam prope Törringen, aliam in Percheim. Item duo feoda in Hausmæningen: tali videlicet pacto, quod licet ipsis nati fuerint heredes, nihilominus curia superius nominata cum decima post obitum Ulrici atque uxoris sue ad quietam possessionem redeant Ecclesie pretaxate. Veruntamen de quolibet eis locato predio annis singulis V. denarios *Otingensis monete* persolvere tenebuntur. Ceterum quantumcunque per inpetitionem qualiumcunque personarum passi fuerint detrimenti in legationibus supradictis, tantum resument de prediis, que eidem locaverant Ulrico. Ut autem in *omnibus* prelibatis fratres monasterii memorati a nullo heredum *seu* consanguineorum dicti Ulrici atque uxoris sue offemie gravaminis preiuditium sive dispendii calumpniam paciantur, sed tranquillitate irrefragabili gaudeant in futurum presentem paginam sigilli nostri karactere fecimus consigniri. H. r. t. s. *Dominus Wernhard Prior, Heinricus Cellerarius frater Perhtoldus de Laufen. Dominus Wernhardus Tuchswert. Wernhardus de Ode, dictus Entvelder. Chuno frater uxoris Seifridswerer. Rudolfus de Mulderf.*, & alii

quam plures. Acta sunt hec & data anno Domini MCCLXXX. Purchuse in die S. Nicolai.

NUM. LXXVI. Litteræ traditionis. Anno 1291.

Wier Ott von Gottes Genaden Pfallentzgraf von Rein, und Herzog ze Bairen tuen chunt alle den di disen Brief ansehent und hörent lesen, daz Rapot der Loche den Hof datz Rot und daselb ein mul, und ein ander Lehen mit Akcher, mit Holz, mit Wismat, mit Wazzer, mit Vischwaid, und mit alle dem daz darzue gehöret, gesuchet und unversuechet hat, gegeben *mit Salmans Hand* freilich und gæntzlich unser vrowen sand Marien und dem Gotshuse datz Raitenhaslach, vor uns und unser edler Læut *Kagen*. Und daz diser red stæt beleib mit allen ier Sachen nach peder Tail pet Abbt Chunrats und sines Gotshuses von Raitenhaslach und *Rapot des Lokhens*, und sines Salmans geben wier disen Brief versigelt mit unserm grozzen Insigel. *Wir Herzog Ott.* Dier Sache sint Geziuge *Ulrich von Abensperch. Albreht von Hals. Pernger von Leunberch Ortlieb von Walde. Hainrich von Tauschirchen, und Walther sein Son. Perhtolt von Gebelspach Ludweich der Grans. Fridreich der Schrampaumet. Scifrid und Chonrad unser Schreiber, und ander vil erberige Ziuge.* Diser Brief ist gegeben datz Burchausen, da von unsers Herrn Geburt ist gewesen 1291. des Vreitages vor sand Gallentag.

NUM. LXXVII. Donatio. Anno 1292.

Ich *Rapot von Tarring* und mein Hausvrawe vro *Chunegunt*, und mein Son *Hainric*, und mein Tochter Eit ton chunt allen den di disen Brief ansehent daz wier durch Got, und durch unsers Vrawen Willen, und durch etlich Gnetat, di wier enpfangen haben, haben gegeben unser aigen datz *Raut* und ein wis dez darzue gehöret, datz Hausmaning ledichleichen mit alle dem,

daz

daz darzue gehöret verſuechet, und unverſuechet dem Gotshaus hintz Raitenhaslach: und ſein des ier Gewer *zehen Iar, und ainen Tach nach pairiſchen Recht*, und ſezen in darüber ze Fuerpfant mit gutem Willen unſer Guet datz Hausmanning. Daz daz Geding ſtet beleib an Chraincheit geben wier in diſen Brief mit unſerm Insigel. An dem Iar, da von unſers Herrn Geburt waren 1292. des ſint Gezeug *Dietrich von Tueting. Heinrich von Maſſing. Reinprecht von Lintach. Wetpot von Puebing. Chunrad von Dorfen.*

NUM. LXXVIII. Privilegium jurisdicundi. An. 1295.

Wir *Ott, Ludwig, und Stefan* von Gots Genaden Pfallenzgrafen ze Rein, Herzogen ze Baiern tün allen den chunt, die diſen Brief anſehent und hörent leſen, daſs wir geſehen haben, und geleſen unſers herzenlieben Vatterns Brief, dem Got Genad, Herzog Hainrichs von Baiern, an demſelben Brief hat er erchant, und beſtätigt, dem Gozhaus von Raitenhaslach alle die Genad und Ureitum und die Recht, di der Stuel von Rom, und die Kayſer, und die Kunig und unſer Vorvodern dem Orden von Citell und dem Gozhaus von Raitenhaslach habent gegeben, und hat verbotten an demſelben Brief allen ſeinen Amtleuten, und ſeinen Richtern und Schergen, daſs ſi das vorgenant Gozhaus, und all ir Leut, und ir Gut nicht ſüllen noch geturven beſchweren, noch laidigen mit herbergen, und mit füetern noch mit chainer Twanckchſal, noch auch di Richter nicht ſullen tiwngen ir læut auf dhaim taidink um dhain ſach, noch um dhain recht: wann ſi ſelb das Urlaub habent, und den Gewalt, daſs ſi alle di Sach hüren, di ir læut angent; und ſo ſi ſin gehörent, daſs ſi diſelben Sach mit völligen Gewalt mügen, und ſüllen richten; an als vill ob dheim des Gozhaus man wird begriffen mit ſogetannen Sachen, daſs man mit dem Tod über ſein Leben ſolt richten, wann gaſſleich orden ſo gethan gericht nicht türven getün, ſo

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter Hadwich denegaverit se predii Purperch altari delegato sancti Pancratii Martiris; & V. mancipiorum, suscipiente sacerdote eiusdem altaris Erinberto & advocato *Gebhardo*; astante omni familia sua. H. r. t. s. *Rapoto de Truno. Wichart de Lina. Pruno de Perkah.* & alii multi.

NUM. XVIII. circa An. 1110.

Notum sit cunctis mortalibus christiane professionis, quod quedam mulier privata marito nomine Geba cum filio suo Chuno in conspectu & consensu filiarum suarum tradidit predium suum quod habuit in loco qui dicitur Gundherispac cultum & incultum

cum omnibus appendiciis ſuis eidem clerico nomine Erinpreth ſine ulla contradictione omnium viventium proteſtatione.

NUM. XIX. circa An. 1120.

Notificamus omni populo recte fidei comprehenſo qualiter *Reinperth de Purmanniſpere* conſenſu Domini ſui *Rafoldi* & preſente eo tradit ſuper altare S. Pancracii propriam ancillam cum duobus filiis & cum omni poſteritate ſua, cauſa Dei & familiarium rerum Hugonis mariti eiusdem femine. Fecit hoc Rempertus in conſpectu horum teſtium. *Raffold de Planchenpach. Idem Rempertus. Perthold de Planchenpach.*

NUM. XX. circa An. 1120.

Ozza libera femina pro remedio anime ſue parentumque ſuorum ſuper aram S. Pancratii Martiris Chriſti ſe cum omnibus ſui generis ſequacibus tradidit ad V. denariorum cenſum ſingulis annis perſolvendum. Et h. r. t. ſ. *Senex Gumbo de Hochperch Perctold ſenex de Tarſtorf. Divus Dietmarus & frater eius Udalſcalcus de Shitere. Germund de Raneshoven. Altmannus miniſterialis. Herigolt de Erenide. Perngerus de Tarſtorf. Aciman de Gerolteſperg*, & alii quam plures.

NUM. XXI. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod Eberhardus *Miniſter Regni* delegaverit poteſtativa manu tale predium quale *Erimbertus de Gundramishuſin* habebat Purchperich ipſius rogatu ſuper altare S. Pancratii Martiris pro remedio anime illius.

NUM. XXII. circa An. 1120.

Notum ſit omni populo chriſtiano, quod quedam nobilis mulier nomine Anaſtaſia tradidit potenti manu propriam ancillam ſuam

suam nomine Riekart super altare S. Pancratii Martiris Ranshovensis; ea ratione & confirmatione, ut se inde redimeret, & omnes posteri eius annuali censu, videlicet V. denariis.

NUM. XXIII. circa An. 1120.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Alwich* per singulos annos quinque denariis censu persolvi deberet, & singulos homines posteritates eius ipsum censum ad Ranshoven creditori persolvimus. Et si neglectus fuerit in uno aut secundo anno, in tertio anno totum impleretur. *Quod cum ignito ferro firmatum fuit.*

NUM. XXIV. circa An. 1120.

Pezelain nobilem & liberam feminam super aram Christi Martiris Pancratii ad V. denariorum censum singulis annis solvendum cum omnibus sui generis sequacibus notificamus esse traditam ipsius rogatu. Et h. r. t. s. *Zophilus. Adelperth de Hasalpach. Germunt & senior Dietmarus de Ranshoven.* & liberi & alii multi.

NUM. XXV. circa An. 1125.

Notificamus tam futuris quam presentibus christianis, quod *Aringos*, Germundi filius, potestativa manu causa Dei & pro requie anime coniugis sue nuper defuncte tradidet ancillam propriam nomine Gerlint super altare S. Pancratii ut singulis annis redimeret se V. nummis. Et si hoc tribus annis negligeret, & in quarto non adimpleret, ut propria ancilla fratribus inibi Deo militantibus cottidie serviret. H. r. t. s. *Germund. Dietmar de Ranshofen.*

NUM. XXVI. circa An. 1125.

Notum sit omnibus fidelibus christianis quomodo quidam juvenis nomine *Eberwinus* inpetravisset a domino suo nomine Hertwico, ut delegaret super altare S. Pancratii Martiris, quod & factum

factum est. Postea enim idem Hertwich delegavit eundem iuvenem Eberwinum in manum cuiusdam militis nomine *Reinperti de Echinaha* ad delegandum super altare S. Pancratii Martiris ad Ranshoven quod ipse libenter perfecit sub his testibus *Raffold de Planchenpach. Eberhard de Prunou. Udalric de Echina. Rempert de Lachin. Reimpert* delegator.

NUM. XXVII. circa An. 1110.

Notum sit cunctis fidelibus in Christo, quod quidam liber homo nomine *Otto de Uberachin* tradidit Sigeburch filiam Meintgardis ad Ranshovon super altare S. Pancratii Martiris ea lege & conditione, ut in illo altare annuali tempore quinque denarios imponeret. H. r. t. s. *Dilmar*, *Germund de Ranshoven.*

NUM. XXVIII. circa An. 1120.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam homo nomine *Pertolt de Planchenbach* tradidit famulum suum Otto vocatum super altare S. Pancratii Martiris pro quinque denariis annuo solvendis.

NUM. XXIX. circa An. 1070.

Pateat omnibus catholice & apostolice fidei cultoribus quod quidam nobilis vir nomine *Eberhart* genuit de nobili coniuge sua filiam Roecila nominatam, que valde diu egrotabat & ideo patrem obnixe rogabat, ut in die solempnitatis S. Pancratii illam coram eius altari appenderet, confidens, quod pristine sanitati eius obtentu restitui valeret. Igitur fide sua statim salva facta est. Illa autem ut sensit se salvatam patrem ac matrem multis precibus efflagitabat, ut ad itidem altare pro quinque denariis annuatim ea loci solvendis mox eam traderet. Quod & ita factum est, offante & accipiente eam pro potente advocato *Rudperto* nobili

ne

ne *de Maticha* & Parrochiano nomine *Hanto*, tempore Ducis nomine *Otto*. H. r. t. ſ. *Wichart de Idina. Friderich de Noſpach. Stephin de Vuchingen & frater eius Adalpert. Salo de Wunmſtorf eiusque filius Egino. Raffolt de Scoempere* & eius milites quam plures.

NUM. XXX. circa An. 1130.

Omnibus tam futuris quam preſentibus Chriſti notum eſſe volumus qualiter quedam femina Fromutt nomine marito privata mater fratris noſtri Etici adhuc pueri, predium quod eſt in loco qui dicitur Eremittingin cauſa Dei ſueque anime Deo & ſancto Pancratio tradidit & quatuor mancipia II. in cottidianis ſerviciis videlicet Henricum & Heburgam II. ad V. denariorum cenſum.

NUM. XXXI. circa An. 1110.

Quia miniſtri altaris rebus Eccleſie tuendis ipſi vigiles iure extant per literas has populis adhuc longe naſcituris inſinuari cupimus, que mancipia Eccleſiam contingant. Bertha filia cuiusdam Diedrami fuit ancilla Rampoldi, qui rogatu Diedrami eandem cum omni ſue poſteritatis homine commendavit nobili viro nomine Roudperto altari S. Pancratii delegandam V. numis annuo dandis. Quod Roudpertus aſtantibus firmavit teſtibus his. Nomina. *Alpertus. Luidram de Haſilbach. Ditmarus de Schittiri. Dietmar, Germund de Ranshoven. Pertholt Heribort de Planckenpach. Dietricus longus de Oeſterperge. Syfridus nobilis de Itingin.* & alii quam plures.

NUM. XXXII. circa An. 1070.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod Imperator Heinricus, cuius predium erat, qui Ranshovin vocatur, tradidit ſuper altare S. Pancratii ancillam quandam Lancware cum filiabus ſuis, & cum omni poſteritate ſua, ut ſingulis annis perſolvant cenſum quinque denariorum, & ſi tribus annis non ſol-

verint, perpetualiter ut proprie ancille deserviant altario S. Pancratii. Huius traditionis testes extitere. *Ernest Marchio. Adalpero Marchio. Rapoto comes de Ratelnperge. Gebehardus comes de Vorenpach. Sarchilo comes de Mosepach. Aribo comes do Hegirmos, & frater eius Poto comes de Botensteine. Sigihart de Tentlingin* & alii multi.

NUM. XXXIII. circa An. 1110

Kermundus Ducis Camerarius vir satis probus cognomine albus pro redemptione parentum suorum & fratis sui in itinere ad Jerosolimam defuncti tradidit super aram S. Pancratii Adelheidam ad censum V. denariorum, quem si quatuor annis dare negligeret, & in quinto non persolverit, aut aliquis etiam sue posteritatis, deinceps perpetuo subiugaretur servitio. H. r. t. s. *Helmperht de Ror. Otperht & Walther fratres de Haselpach. Kerhard de Pinbenpach. Kerhard de Schitere. Kermund de Enchinaha. Altman de Prunov.*

NUM. XXXIV. circa An. 1125.

Notum sit omnibus Christianis tam futuris quam presentibus quod Heinricus Dux Bawariorum tradidit S. Pancratio Ranshovin beneficium cum mancipiis & cum omni iure cuiusdam mulieris nomine Irmingarde, & filii sui Rasoldi in servitium fratribus, qui inibi sunt communis vite. Et quia Heinricus Dux Deo & sancto Pancratio tradidit ista beneficia, ea de causa tradiderunt & ipsi *Rasolt* scilicet, & mater eius *Irmingart* predia sua in loco qui dicitur Aspach & mancipia sua numero XXI. pro V. denariis. Cetera tradiderunt Ecclesie in diurnum servitium excepto uno die. H. r. t. s. *Wernhart, Adelhard, Hartwic, Eberhard &c.*

NUM. XXXV.

Notificamus cunctis Christi fidelibus, quod quidam nomine Gerold, deceptore scilicet diabolo fraudente deceptus, quedam

mancipia a ſervitio S. Pancratii nitebatur avellere, quos divino auxilio coram advocato iure noſtro liberavimus: alios quoque quos wtto per fraudem male ſuadentis inimici perſuaſus ſibi ſubiecerat; ſcilicet Dietricum, Adelheidam, Gotelindam; ſimili modo liberatos pronunciamus.

NUM. XXXVI. circa An. 1070.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam abſentibus quam preſentibus quod nobis homo nomine *Otto de Tampach* famulam ſuam nomine Hezillam tradidit ſuper altare S. Pancratii martyris per ſingulos annos quinque denariis ſolvendos cauſa anime ſue. H. r. t. ſ. *Wernhart de Idina. Adalpertus de Fucingin. Engildeide de Gundrammeshuſin. Adelham frater eius. Outto Patruus eius de Heſſinreini. Oezi & frater eius. Mahtino. Antrich. Pertoldus de Tarſtorf. Oudalrich de Ittingen. Salcho de Matichi*, & hoc in preſentia Hanti ſacerdotis illius loci factum eſt.

NUM. XXXVII. circa An. 1070.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod traditione nobilis viri nomine Oudalrici de villa que Wengi nuncupatur iubente Imperatore Heinrico ad altare S. Pancratii martiris tradita eſt Gotta cum pueris ſuis ad annualem cenſum ideſt V. denariorum in preſentia *Altmanni advocati de Matiche. Raffoldi procuratoris de Scoenipere* ea videlicet traditione, ut nullus ſucceſſorum inde preſumeret eripere ſub fiſco Imperatoris. H. r. t. ſ. *Oezi de Pouchi Erchinger de Elingin &c.* & alii multi.

NUM. XXXVIII. circa An. 1110.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quedam mulier *Wirat* nomine *de Lanshem* tradidit ſuper altare S. Pancratii in Ranshoven per manus Arnoldi quandam mulierem Helicam & liberos

eius

eius ad V. cenſum. H. r. t. ſ. *Walther de Haſilpach Heimo de Ranshofen, Friderich, Irmfrid de Moringin &c.*

NUM. XXXIX. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quidam miniſterialis nomine *Raffolt* tradidit ancillam ſuam Ittam cum Richero filio ſuo in manus *Hartwici* ea lege & confirmatione ut ſuper altare S. Pancratii martiris daretur. Hoc perfecit *Hartwicus de Uberachin*; ſcilicet dedit ſupradictam Itam ſine alicuius contradictione ad altare S. Pancratii ſitum in loco qui dicitur Ranshovin ſe redimendam inde annuali cenſu ideſt V. denariis. Et ſi hoc dimitteret annum unum, duos, aut tres, & in quarto non adimpleret, poſtea cum poſteris ſuis in ſervitio ſacerdotis ea loci Deo militantis, maneret.

NUM. XL. circa An. 1125.

Cognoſcant univerſi Eccleſie filii quod quidam Ducis *Heinrici* Camerarius nomine *Reginpertus* tradidit quendam Heinricum ad altare S. Pancratii ea conditione qua ſibi erat traditus a quadam muliere N. vocata, ſcilicet, ut annualiter ad iditem altare V. ſolvat denarios quod ſi tres annos dare neglexerit, & in quarto non ſupleat, prebendarius ſit deinceps fratrum inibi Deo ſervientium.

NUM. XLI. circa An. 1150.

Katholice fidei filiis in hac carta intimare non piget quam futuris quam preſentibus: Quia *Dietricus de Uorbach* filius ſenis *Dietrici* cognomento *dives de Enchinaha* in manum *Eberhardi de Prunno* commendavit predium ſuum, quod eſt in predicta villa Uorbach, ut ſuper altare S. Pancratii delegaret ſimiliter & duo mancipia ad V. numos, quod quia Eberhardus de utroque Prepoſito Manegoldo aſtante perſolvit, H. r. t. ſ. *Heimo de Haſilpach, Reinperth*

perth de Echinaha. Perngerus de Chrigilbuh. Friderich de Perchen, & Chunigund.

NUM. XLII. circa An. 1150.

Noverit omnis homo, qui Chriſtiano cenſetur vocabulo, quod quedam domina *Trugard* nomine uxor Domini *Alberti de Hutte* denegavit ſe predii, quod eſt in loco Moſaha, aſtante marito ſuo Alberto ſuper aram S. Pancratii, dans illud in proprium, conſentiente & ſecum dante viro ſuo *Alberto*, ſuſcepitque venerabilis eiusdem loci Prepoſitus nomine *Manegoldus* & his teſtibus confirmatum. *Eberhard de Prunou & frater eius Fridericus de Prechenpach. Fridericus predicti Eberhardi filius. Tiemo & frater eius Walchund de Ranshoven. Outperht & frater eius Waltherus uterque de Haſilpach. Heinrich de Hutte & Chorus affuit tempore tertie.*

NUM. XLIII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti quod quedam nobilis mulier nomine Waltrat tradidit ſemetipſam & omnem eius poſteritatem, ob ſpem perpetue libertatis tam ſue quam toti ſue poſteritatis, pro quinque denariis ad altare S. Pancratii martiris ſitum in loco qui dicitur Ranshovin annuatim id loci ſolvendis. Quod ſi tribus annis ſubſederit, & in quarto non emendaverit, prebendarius ſit fratrum inibi Deo militantium quicunque ſit ille ex hac progenie; & ut hec noſtra traditio ſit firma & inconvulſa his teſtibus eſt corroborata. *Wichart. Friderich &c.*

NUM. XLIV. circa An. 1150.

Noverit omnis homo, qui Chriſtiano cenſetur vocabulo, quod quedam mulier nomine Hemma tradidit poteſtativa manu tale predium quale habuit in loco qui dicitur Zamingen ad altare S. Pancratii in loco Ranshovin ea conditione, ut poſt obitum ſuum

pro remedio animarum illius & omnium ſuorum debitorum fratribus inibi Deo famulantibus ſerviat.

NUM. XLV. circa An. 1150.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod quidam *Udalricus* de villa *Hennigebel* tradidit ſuper altare S. Pancratii Mahtildam cum omni poſteritate ſua. H. r. t. ſ. *Salcho de Oſterpere. Iſinak de Phafingen*, & ceteri quam plures.

NUM. XLVI. circa An. 1125.

Veraciter noſſe debent omnes, qui Chriſtianam fidem tenent, qualiter duo viri *Iſinpero*, *& Chadalhoh* nominati ſorores duas Väſtmet. & Eberlint. vocatas tradiderunt, cum omni poſteritate ſua, ad altare S. Pancratii apud Ranishovin pro quinque denariis annuatim illo perſolvendis. Quod ſi prefatum cenſum tribus annis ſuperſederint, & in quarto non compleverint, prebendarii fratrum inibi Deo militantium deinceps exiſtant. H. r. t. ſ. *Dietmar Germund.*

NUM. XLVII. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam vir Gunthere nomine & eius filia nomine Hemma cum collaudatione filii ſui, Gunther vocatus, qui teſtis etiam exſtitit cum aliis, tradiderunt proprium ſervum Durinc nomine in manum cuiusdam nobilis viri cui nomen erat *Erchinger* tradendum ad quamcumque libertatem ipſe peteret. Quod & ita factum eſt. Nam idem Erchinger tradidit eundem Durinc, ut petebat ad altare S. Pancratii pro quinque denariis annuo illac perſolvendis. Quod ſi ſuperſederet tres annos, & in quarto non emendaret prebendarius exiſteret fratrum inibi Deo militantium. Hoc factum eſt tempore *Ducis Welfonis, & Comitis Heinrici advocati.*

NUM. XLVIII. circa An. 1130.

Notum ſit populo Chriſtiano quod quidam homo Wolvold nomine tradidit tria mancipia ſua Rachman. Liuchan. Ruochilam per manum cuiusdam liberi hominis Andrici ſuper altare S. Pancratii martiris ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Germunt Camerarius. Dietmart de Ranshoven. Opreht de Haſelpach. Leupol Smelchare. Reinpreth Camerarius. Guanelo de Angern. Wolvold de Skitere. Arngoth de Lindach. Diepreth de Crigelbuch &c.*

NUM. XLIX. circa An. 1150.

Notum ſit Eccleſie quod Gertrudis vidua *Wichardi de Hutte* cum filiam ſuam Gedrudim traderet in Monaſterium feminarum in Ranshoven, obtulit pro illa partem predii ſui quod habuit in Bichelingen, quod filius eius *Adelhardus* frater puelle poteſtativa manu delegavit ſuper altare S. Pancratii. T. ſ. *Fridericus & frater eius Eberhardus de Brunowe. Germunt Prepoſitus &c.*

NUM. L. circa An. 1150.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Eberhardus de Brunowe* remiſit S. Pancratio filias Helerberti, quas ſuo mancipaverat ſervitio. T. ſ. *Altman de Brunowe & gener eius Berngerus Leupold Camerarius noſter.*

NUM. LI. circa An. 1150.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod quedam libera mulier nomine *Engebure de Enkina* biennio antequam virum ſuum *Wilhelmum* accepit tradidit ſe S. Pancratio ad cenſum V. denariorum per manum Epponis ſacerdotis de Luoſin. Teſtes ſunt *Eberhardus de Brunowe & filius eius Fridericus. Germund prepoſitus & gener eius Arnoldus. Adelram & frater eius Dietricus de Gunzemannigen.*

NUM. LII. circa An. 1130.

Noverit Plebs christiana, quod *Engelschalh de Boubenhoven* predium suum in eadem villa situm IL talentis a nobis comparatum potestativa manu S. Pancratio delegavit. Testes sunt *Walter fratres eius. Voltholt de Hachingen. Rudpertus faber Gerhart Hasingehil.*

NUM. LIII. circa An. 1130.

Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod quidam miles *Wicpoto* nomine *de Loufen* tradidit super aram S. Pancratii in Ranshoven tria mancipia Heilkam & filiam eius Bertam & sororem eius Iuttam cum omni posteritate eorum ad censum V. denariorum persolvendum & hoc fecit pro redemptione anime sue parentumque suorum. H. r. t. s. *Germundus officialis Domini ducis. Siglacus de Loufen.*

NUM. LIV. circa An. 1130.

Notificamus Ecclesie quod duo germani fratres *Grifo & Roudegerus* vendiderunt fratribus in Ranshoven octo talentis tale predium quale habuerunt Grube & Windebere iuxta Nospach. Roudegerus renuncians parti predii quam vendiderat, delegavit eam in manum fratris sui Grifonis, ut eam S. Pancratio pro se delegaret. Grifo itaque tam partem fratris, quam suam, cui & ipse pro venditione renuntiavit potestativa manu S. Pancratio delegavit. T. s. *Wolfgrimus de Roudibac & filii eius Gerhardus & Leutoldus de Loufilsbere. Hainricus Stemphare. Pertholdus Villicus & Leuger de Ranshoven.* Notum sit Ecclesie quod quedam libera mulier nomine Chunigunt --- de Gurde tradidit se ipsam potenti manu & omnem posteritatem suam super altare S. Pancratii ad censum quinque denariorum.

NUM.

NUM. LV. circa An. 1140.

Notum ſit Chriſti fidelibus quod Folcoldus quidam liber homo & uxor eius Reigart cenſualis noſter tradiderunt S. Pancratii predium ſuum in Hazingen renuntiantibus prius eidem predio filiis *Folcoldi*, quos ex altera habuit uxore. Quorum nomina ſunt *Sigebreth. Godeſcalh. Hainrich. Adelhart.* T. h. renunciationis & traditionis ſunt predicti pueri. *Gerhart & Richper frater eius de Enkenhae, & Gerhart, & Oulrich filii fratris & ſororis eorum. Hainrich de Oſtriberc Eberhart de Radinbuch. Duo Reinperti de Ranshovene Dietricus de Matiche. Adelman de Haxelbac.*

NUM. LVI. circa An. 1140.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Perhtoldus de Lewenſtaine* miniſterialis regni tradidit S. Pancratio martiri gurtim ſuam in Sulzbach, & colonum eiusdem predii nomine Arnoldum & uxorem eius Ittam & filios eorum ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Gotfridus de Radinbuh. Otto de Haroz. Eberhard preco de Honehart. Ouze & Harwic omnes iſti de Hohenhart. Rapout de Prunowe.* Igitur ipſo Perchtoldo ex hac vita decedente, & traditione Arnoldi, & puerorum eius S. Pancratio facta accidit ut *Dominus Warmundus* proxima linea ſibi coniunctus eosdem ſibi vendicaret. A quo tribus talentis ſeſe redimerunt. Hoc novit *Aigelbertus de Swaimpach. Albertus Houtſtouc.*

NUM. LVII. circa An. 1140.

Notificamus Eccleſie, quod duo germani fratres Chunradus & Luita ex libera conditione tradiderunt ſe S. Pancratio martiri ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Germund Prepoſitus Hartmannus de Raiſtorf. Otto Claviger, Dietmart Preco. Eberhart de Radinpuc. Aſchwin de Aſinchaim.* Sub eisdem teſtibus tradidit Hainricus car-

nifex super altare S. Pancratii martiris ad servitium pauperum, ius quod habuit in mancipio suo Eggehardo; servitutem videlicet IV. in ebdomate dierum.

NUM. LVIII. circa An. 1140.

Ecclesie Christi notificamus, quod *Imma de Aphetal* tradidit partem predii sui ad mensuram unius iugeris super altare S. Martini in Hantinperch. Testes sunt *Chuno maritus eius. Ulricus & Megengotus filii eius. & Albero gener eius.*

NUM. LIX. circa An. 1140.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus qualiter Dietmarus Ecclsie Ratisponensis ministerialis potenti manu tradidit IV. mancipia super altare S. Pancratii Martiris ad censum V. denariorum annuatim persolvendum. Testes sunt *Eberhardus de Prunowe. Perhtoldus de Chrigelbouch, Diemarus de Sifridestorf traditor mancipiorum, Hartmannus de Iarrestorf. Chalhoch de Winchelheim. Rasperin de Sifridestorf. Heinricus Stemphar. Luipoldus* preco.

NUM. LX. circa An. 1140.

Cunctis Christi fidelibus notum esse volumus qualiter *Ernustus de Gurte* tradidit mancipium unum Reimbertum nomine super altare S. Pancratii Martiris ad censum V. annuatim persolvendum pro remedio anime sue suorumque parentum. Testes sunt *Germundus* proprius Ducis. *Lietmarus. Ulrich Heitel &c.* & alii quam plures.

Traditioni predicte filii eius consenserunt sub testibus iisdem.

NUM. LXI. circa An. 1150.

Universitati Ecclesie cupimus notificare qualiter femina quedam Mathildis nomine cum filio suo Heinrico & filia Rihiza cum essent

essent conditionis libere tradiderunt se super altare S. Pancratii Martiris voluntarie ad censum V. denariorum annuatim persolvendum. H. r. t. s. *Eberhard de Brunowe & filius eius Chunradus. Heinricus Stemphar. Chuno de Apheltal. Albertus de Osterberge.*

NUM. LXII. circa An. 1150.

Notum volumus esse generali fidelium Ecclesie qualiter quidam Sahso cum filio suo Adilhalmo fratribus Ranshovensibus inpignoravit predium quod habuit in Richherstorf, Iusta hinc inde conventionis mercede compensata. Testes h. r. s. Subter Annotati. *Adilramus de Utendorf. Walker de Megenhartingen. Herman de Lorecheim. Herrant de Phaffteten. Otto de Salharin, Erchenger de Routhauesperg. Gerhart de Pibenbach. Rudiger de Macklant. Diepolt de Gundrammeshusen. Ulrich de Chilbach. Chunrat de Walchinsingen. Arnold de Frencholinespach. Hertinch servus Herrandi. Dietmar servus Ottonis.*

Ut autem perpetua maneat huiusmodi conventio taliter placuit fieri obfirmatio: Ut si aut hii aut illi sua recipere querant, datis decem talentis id facienda potestatem habeant.

NUM. LXIII. circa An. 1150.

Notificamus fidelibus Christi, quod quidam *Reidbertus* nomine *de Sifridesdorf* matertere sue Hailikin mancipium unum Hartwic nomine petitione eiusdem matertere sue super altare S. Pancratii ad censum V. denariorum iuxta morem donavit. Huius donationis testes sunt. *Eberhardus de Brunowe. Albertus de Huta. Wolfkinus & Rudolfus de Fulbach. Helimpreht Villicus de Ranshoven. Luipold de Brunin. Dietricus. Heinricus de Ranshoven.* & alii quam plures.

NUM.

NUM. LXIV. circa An. 1150.

Universali Ecclesie notificamus, ut eius videlicet Testimonium nunc & semper habeamus, qualiter quidam libere conditionis homo *Heinricus de Iden* tradidit super altare S. Pancratii Martiris homines infra nominatos Reginfridi filios &c. Omnes istos simul, & omnem illorum posteritatem tradidit supra dictus Heinricus ad censum V. denariorum predicto altari persolvendum. Quod si duobus vel tribus annis neglexerint, nec quarto correxerint, dotales sint familie Ranshovensis Ecclesie. Testis est ipsemet qui tradidit. *Otto de Wald. Chunradus de Rut. Ulricus & Luipoldus filius eius de Frenchelingen. Gerlochus de Walde. & de familia Ducis. Germundus prepositus.*

NUM. LXV. circa An. 1150.

Universe Christi Ecclesie cupimus insinuare. Qualiter homo quidam *Ulricus* nomine ministerialis Regni tradidit super altare S. Pancratii Martiris predium suum in Niunchirchen nostro ibidem predio conterminum. T. s. frater eiusdem *Chunradus de Lusendorf parochianus. Eberhardus de Brunowe. & filii eius tres; Fridericus, Eberhardus, Chunradus. Ruitpertus & Heinricus Lambel de Tardestorf.*

NUM. LXVI. circa An. 1150.

Noverit omnis homo qui christiano censetur vocabulo, qualiter homo quidam nobilis, regni scilicet ministerialis, *Fridericus* nomine *de Brunowe* tradidit predium in Bexenperch situm super altare S. Pancratii Martiris, suum duntaxat post obitum; ea tamen conditione, ut uxor sua Adalheidis cum filiabus suis Mahthilde, & Adalhaidie; Friderico obeunte; predictum predium ad censum XII. denariorum ab Ecclesia in beneficio habeat. Illis vero vita decedentibus potestative illud Ecclesia possideat; ita nimirum, ut pre-

ter

ter predictas filias duas Adalhaidis nemo ultra sue sobolis posce-re habeat beneficium. Sed neque quis fratrum vel filiorum Frideri-ci ullum inibi exerceat Dominium. H. r. t. s. *Ulricus de Ar-bingen. ipsemet Fridericus & Chunradus frater eius de Brunowe. Al-bertus & Chunradus homo eius de Hutta. Germunt prepositus &c.* & alii quam plures.

NUM. LXVII. circa An. 1150.

Noverint omnes christiani nominis consortes. Qualiter quidam ex ministerialibus Patauiensis Ecclesie *Siboto* nomine *de Tan-berch* inpignoravit predium in Mosen situm fratribus Ranshovensi-bus mercede competente recepta. Testis est ipse Sigboto predi-cti depositor predii. *Eberhart de Brunowe.* Ut autem insolubilis maneat huiusmodi conventio talis placuit fieri obfirmatio, ut siquis redimere querat X. talenta Ecclesie donare debeat.

NUM. LXVIII. circa An. 1150.

Notum esse volumus cunctis Ecclesie fidelibus, qualiter homo quidam libere conditionis *Heinricus de Iden* tradidit octo mancipia, filios & nepotes Rahewini, super altare S. Pancratii Martiris ad censum V. denariorum annuatim persolvendum pro remedio anime sue suorumque parentum. H. r. t. s. *Reimbertus de Ovenwanch. Fridericus. Ulricus de Frenkelingen. Helimpreht de Schi-nere. Otto & Engelbertus de Rute.* & alii quam plures.

NUM. LXIX. circa An. 1150.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus S. Ecclesie filiis, quod quidam liber homo nomine Udelscalcus tradidit se ipsum super altare S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad cen-sum V. denariorum. H. r. t. s. *Eberhardus de Brunowe & filii eius*

Fridericus & Eberhardus Luipoldus deHarberc. Luipoldus de Brunne. Reinbertus ſuper Harſtbiunt.

NUM. LXX. circa An. 1150.

Notificamus Eccleſie qualiter quidam libere conditionis homo *Walchun de Steine* tradidit per manum hominis ſui Frideri-ci mancipium Rihka nomine ſuper altare S. Pancratii Martiris ad annualem cenſum V. denariorum. T. ſ. *Ulrich de Rutte. Ariho de Linthah. Sifridus de Dorfen. Gerhart de Odingen. Chuno de Metemah. Gotfridus. Heinrich de Rihſchah.* & alii quam plures.

NUM. LXXI. circa An. 1150.

Notificamus Eccleſie poſterorum videlicet tradendum memorie qualiter predium in Lintahe ſitum Eccleſie S. Pancratii a filiabus Domini *Raffoldi de Blankenhahh* eſt poteſtativa manu tradi-tum in die, quam Adelheidis ſoror eorum ſeculum relinquens intravit inibi clauſtrum converſarum. H. r. t. ſ. *Otte de Rore pa-truus puelle. Eberhardus & Chunradus filius eius de Brunowe. Hart-man de Jattesdorf. Fridericus Germundi filius. Alkewin de Aſenchaim. Popo filius Ottonis de Rore. Heinrich de Blankenbach.* & alii quam plures.

NUM. LXXII. Anno 1150.

Memoriter tenendum notificamus Eccleſie qualiter fratres Rans-hovenſes emerunt predium in Aichperch ſecus Nosbach ſi-tum *a Gerhardo de Angere* filiis ipſius & uxore proprietatem eius-dem predii abdicantibus; idem predium traditum eſt a Gerhardo in manus Chunradi & a Chunrado ſuper altare S. Pancratii, nemi-ne contradicente. Teſtes ſunt *Luipolt de Brunne. Arnolt de Wil-hart. ipſe Chunradus de Angere. Fridericus de Angere.* & alii quam plures.

NUM.

NUM. LXXIII. circa An. 1150.

Scriptis mandare curavimus. Quod quedam nobilis femina *Ita de Leryingen* & maritus eius *Ditmarus* tradiderunt ſuper aram S. Pancratii V. mancipia. Et ego *Perhtoldus de Nospach* cum coniuge mea *Weilburch* tradidi me cum filiis meis ſuper altare S. Pancratii Martiris. T. ſ. hi. *Luipolt de Prunowe* &c.

Scriptis preſentibus cunctis Chriſti fidelibus notificamus, quod ego Haziga uxor *Perhtoldi de Helphowe* tradidi me ſuper aram S. Pancratii cum omni poſteritate mea.

NUM. LXXIV. circa An. 1150.

Ego *Ulricus de Franchingen* pro remedio anime mee parentumque meorum tradidi ſuper aram S. Pancratii predium meum ad Celle plus quam dimidium manſum. Teſtes ſunt hi *Duo filii mei Luipoldus & Ulricus. Heinricus Stemphare. Albertus Judex. Hartmannus de Iateſtorf. Luipoldus camerarius*, & ceteri quam plures.

NUM. LXXV. circa An. 1150.

Cunctis Eccleſie filiis notificare cupimus qualiter fratres in Ranshoven acceperunt *a Reginhardo de Riede & uxore ſua Adelheide & filiis ſuis Eppone & Eberhardo* & ceteris filiis ſuis predium in Sahſingen; alio nimirum predio in Roſpach in concambium tradito, & inſuper additis X. talentis & propterea talento uno filiis pro abdicatione predii dato. Teſtes ſunt hi. *Reginhardus de Riede, & filii eius Eberhardus, Reginhardus. Herman, & frater eius Arnoldus de Roſpach. Hartnidus de Aſpach. Wisgir de Aichaht. Albero, & frater eius de Talheimen. Adelpreht & filius eius nomine de Puratingen.*

NUM. LXXVI. circa An. 1150.

Notum ſit Eccleſie quod quedam puella libere conditionis de Arinberge nomine Mathilt tradidit ſe ipſam in manum cuius-

dem liberi hominis *Aſtwini de Aſenhem* hac de cauſa, ut traderet eam ſuper altare S. Pancratii ad cenſum quinque denariorum quod & ipſe ſtatim perſolvit. H. r. t. ſ. *Adel Rudegerus de Haſelpach Gebhart de Nvivarn*, & alii quam plures.

NUM. LXXVII. circa An. 1150.

Cunctis Chriſti fidelibus notum facimus, quod quedam femina *Richkardis* nomine *de Mangelberch* tradidit duo mancipia Chunigunt & filiam eius Gertrudem ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum filiis & filiabus ſuis abdicantibus. H. r. t. ſ. *Otto de Ruith. Engelbertus de Schitere. Hartmannus de Laterſtorf. Chunradus de Brunowe*, & alii quam plures.

NUM. LXXVIII. circa An. 1160.

Notificamus populo chriſtiano quod *Tiemo de Lengenmuos* quidam homo nobilis tradidit V. mancipia ſuper aram S. Pancratii poteſtativa manu ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Hartman de Jattesdorf. dominus Babo & dominus Albertus Judex. dominus Fridericus & Chunradus frater eius de Brunowe*, & alii quam plures.

NUM. LXXIX. circa An. 1160.

Notificamus Chriſti fidelibus qualiter *Oudricus de Lampach* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris quoddam mancipium Adalbertum nomine ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum Teſtes ſunt idem *Oulricus*, *Otpertus* gener eius, *Oulricus de Rattenbuech*, & alii quam plures. Notum facimus cunctis Eccleſie fidelibus qualiter Ulricus de Lambach tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris poteſtativa manu IV. Iugera agri ex predii ſui proprietate quorum duo ſita ſunt in loco qui dicitur Hanengebel II. duo in loco qui dicitur Lengenmos. Preterea predictus homo tradidit predicto Martiri aliud predium ſitum in loco qui dicitur

Rute

Rute. T. ſ. Ipſe *Ulricus delegator predii. Rutpertus cognatus eius. Engelſcalcus gener eius. Hartman de Jattesdorf*, & alii quam plures. Sub eisdem teſtibus tradidit ſe eidem Eccleſie Walther ad cenſum V. denariorum perſolvendum.

NUM. LXXX. cir An. 1170.

Notum facimus cunctis fidelibus qualiter *Dietricus de Otingen* tradidit benedictam familiam ſuam in manum domini Alberti Judicis, ut ipſe traderet eandem ſuper altare S. Pancratii cenſualam. Quod & ipſe protinus executus eſt.

NUM. LXXXI. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Otto de Rore* iniuſte ſibi vendicavit homines Eccleſie Mazelin. Udalſchal, & alios cognatos eorum, ſed commonitus & correctus reſipuit. Teſtes ſunt ipſe *Otto. filius eius Otto. Otto Val. Otto de Urahe. Diepolt de Urahe*, & alii quam plures.

NUM. LXXXII. circa AN. 1170.

Pateat Chriſti fidelibus quod homo quidam *Heinricus* nomine *de Hiltrichingen* tradidit predium ſuum in manum liberi hominis *Luipoldi de Oſterpergen* ad delegandum ſuper altare S. Pancratii. Quod factum atteſtantur. *Engilſchalh de Ratenpuch & filius ſuus Chunradus. Eberhart, & frater ſuus Chunradus de Brunowe. Chotſchalcus de Urofingen, & Alram, & frater ſuus Dietricus de Gunzmanigen*, & alii quam plures.

NUM. LXXXIII. circa AN. 1170.

Cognoſcant omnes fideles, quod *Otto iunior de Rore* pro remedio anime patris ſui delegavit duo mancipia Reinbertum & Richilt ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. nummorum annua-

tim perſolvendum. Teſtes ſunt. Ipſe delegator. *Ponto de Maslingen. Ulricus de Dorfen. Otto & Poppo, & Engelſchalcus de Urahe. Chunradus de Blanchinbach. Altamus de Yberache*, & alii multi.

NUM. LXXXIV. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus quod quidam *Eberhard in dem Bach*, in extremis ſuis ſtatuit delegari agrum predii ſui ad altare S. Pancratii pro anime ſue ac fidelium ſuorum remedio, ea tamen ratione, ut ſi quis eundem agrum pretio VI. ſolidorum ſolvat, ipſum iuris proprietate poſſideat. Teſtes ſunt *Friderich de Suarzgrebin, & filii ſui Albero. Friderich Dietrich, & cognatus ſuus Dietrich. Eberhard de Wolzingen. Chunradus filius ſuus. Eberhard de Chriherhaimen. Oulricus, & Ulric frater ſuus. Friderich Vorſtarius*. & alii multi.

NUM. LXXXV. circa An. 1170.

Notificamus tam futuris quam preſentibus, quod femina quedam chriſtiana nomine de Helphowe vendidit predium ſuum Sighartingen in ius poſſeſſionis hoſpitalis S. Pancratii. Predictum autem predium frater Derinwicus proviſor hoſpitalis tradidit in manus *Hartwic de Apheltal* ad ſervandum in fide in uſum pauperum. Huius venditionis & traditionis teſtes ſunt ſubſcripti *Germund vorſtariorum Magiſter. Wolfrimns de Apheltal*, & alii multi.

NUM. LXXXV. circa An. 1180.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris hominem quendam *Ditmarum* nomine cognomento mit dem *Barte de Bruntal* ſe feciſſe iuris Eccleſie S. Pancratii in Ranshoven cum omnibus que poſſidet. Hic adhuc iuvenis inſtituit ſub gratia ſuorum dominorum tres filios ſuos Albonem, Marcholdum. Richerum predium ſuum pro cenſu decem numorum annuatim eidem Eccleſie perſolvendo habituros, & eiusdem cognationis quisquis

pro-

proximus extitit eadem inſtitutionis mercede deinceps & in reliquum poſſeſſurum. Huius inſtitutionis factum novit ipſe dominus Alhardus prepoſitus. Nonnulli quoque congregationis ſacerdotes. Richeurs. Chunradus. Albertus &c. *Albertus & Adalhardus de Hutte. Chunradus de Brunowe*, & alii multi.

NUM. LXXXVII. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod domina *Adelhaidis de Uberachen* tradidit predium quoddam ſitum in loco qui dicitur Wenge per manum *Adelhardi de Hutte* ſuper aram S. Pancratii Martiris in uſum congregationi Deo illic ſervienti. Traditio autem hec confirmata eſt conſenſu & teſtimonio generis ſui *Rapotonis de Locichirchen, & uxoris ſue Leukardis atque filii ſui Poubonis & teſtimonio Adelberti de Purchſteten, & predicti Adelhardi. Heinrici de Viſſe. Dietrici nigri*, & aliorum plurium.

NUM. LXXXVIII. circa An. 1170.

Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus quod quedam mulier libera nomine Leupirn de Baldlingen predium quoddam in eodem loco ſitum tradidit ſuper altare S. Pancratii Mart. Ranshovenſis & congregationi Deo ibidem famulanti pro adeptione celeſtium premiorum. H. r. t. ſ. *Chunradus de Gislingen. Eberhardus de Brunowe. Hainricus de Stuthaim. Gebehardus de Apheltal &c.*

NUM. LXXXIX. circa An. 1170.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Adalbertus* cum filiis ſuis *Chunrado & Rudperto de Yskingin* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris Ranshovenſis per manum *Udalrici de Hoberch* Adelbertum videlicet Richkart Irmgart cum omni poſteritate eorum ad annualem cenſum V. nummorum pro ſalute animarum ſuarum. Tali ſcilicet conditione, ut ſi tribus annis cenſum eundem neglexerint,

xerint, & in quarto non emendaverint servilis conditionis omnibus diebus vite sue sint eidem Ecclesie. T. s. *Gerhardus de Critgelbuch. Udalricus predictus & alii.*

NUM. XC. circa An. 1170.

Notificamus omnibus Christi filiis, quod *Udalricus de Wercingen, & Otacher* frater eius & sorores eorum Fromut & Perhta & filii fratris prenotati Udalrici videlicet Otacher Heinricus cum omni posteritate eorum tradiderunt se potestativa manu super aram S. Pancratii Martiris & Deo illic servientibus ad annualem censum V. denariorum pro remedio animarum suarum, & parentum suorum. T. s. f. *Eberhardus. Chunradus de Prounowe. Wolferinus de Apheltall. Adelramus de Uberachen, & alii.*

NUM. XCI. circa An. 1180.

Notum esse cupimus quod quidam homo nomine Chuno & uxor eius Himizele tradiderunt ancillam suam nomine Perhtam cum omni posteritate sua super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad annualem censum V. denariorum persolvendum pro salute animarum suarum: ea lege, ut si tribus annis neglexerit, & in quarto non emendaverit propria sit eiusdem Ecclesie. T. s. *Rudegerus Lembert. Chuno de Lengenmos. Chuno de Magerhoven, & alii.*

NUM. XCII. circa An. 1180.

Notum esse volumus quod *Perngerus de Planchheim* tradidit super altare S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad annualem censum V. denariorum XI. mancipia cum posteritate eorum. T. s. *Hartwic de Hutte. Winherus de Rinbach. Bero de Mulhaim, & alii.*

NUM. XCIII. circa An. 1180.

Notificamus omnibus Ecclesie Christi filiis quod *Dietricus & Meinhardus* & uxor eius *Leugart de Etihstetin* cum pueris suis *Chunrado*

rado. Gunthero. Perhden. Diemut cum posteritate sua tradiderunt se potestativa manu super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis, ad annualem censum V. denariorum persolvendum: conditione tali, ut si eundem censum tribus neglexerint annis & in quarto non emendaverint proprii ipsius Ecclesie ambo sint servi. H. r. t. s. *Hartmannus de Jatstorf. Hainricus Chappart. Lutrich, & frater eius Perhtoldus de Nospac, & alii.*

NUM. XCIV. circa An. 1180.

Omnibus Christi fidelibus notificamus, quod *Sigehardus de Scider*, & tres sorores sue Diemut. Mahthilt. Adelbert tradiderunt mancipia VI. super aram S. Pancratii Ranshovensis ad V. denariorum censum persolvendum. Ita ut si tribus annis censum neglexerint, & in quarto non emendaverint, proprii sint eiusdem altaris. T. s. *Pilgrimus de Plazenberc. Dietricus Salzman. Dietrimus de Nivenkirgen. Chunradus de Hopherspac. Pilgrimus de Sconenbere, & alii.*

NUM. XCV. circa An. 1180.

Notificamus omnibus Christi fidelibus, quod quidam Eberhardus tradidit predium suum in loco qui dicitur Zeledingen super aram S. Pancratii Martiris pro remedio anime sue, & parentum suorum, tali conditione, ut post obitum suum uxor eius & pueri sui ad possidendum illud omnibus diebus vite sue persolvant censum V. denariorum. Item *Rudolf de Atenberc* tradidit predium quoddam in loco eodem situm super aram S. Pancratii Martiris pro salute anime sue & parentum suorum, ea conditione, ut eo obeunte uxor eius & pueri sui in vita sua possideant illud ad censum VI. denariorum. T. s. *Lanfridus de Brunetal. Perhtoldus camerarius. Arnoldus de Pibenpach. Sifridus de Goulchenberc.*

NUM. XCVI. circa An. 1180.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, quod *Fridericus de Vilnousbach* tradidit potestativa manu se ipsum super aram S: Pancratii Martiris in Ranshoven ad censum V. denariorum persolvendum; ea conditione, ut si eundem censum tribus neglexerit annis & in quarto non emendaverit, ammodo proprius predicti altaris sit servus.

NUM. XCVII. circa An. 1180.

Cunctis Christi fidelibus notum esse cupimus, quod quedam femina nomine *Gisila de Route* tradidit predium suum in eodem loco situm per manum *Eberwini de Kastingen* petitione viri sui Rudberti & consensu puerorum suorum pro remedio animarum suarum super aram S. Pancratii Martiris in Ranshofen & fratribus illic servientibus Deo. T. s. *Erkenbertus de Hagenowe. Fridericus & frater suus Chunradus de Brunowe. Friderich de Lexenpach. Eberwinus predictus. Ulricus de Rore. Udalricus de Brunowe. Arbo de Gugilingen*, & alii.

NUM. XCVIII. circa An. 1180.

Omnibus Ecclesie filiis notificamus quod *Irnoldus & Herandus*, & femina quedam nomine Gertrud tradiderunt se potestativa manu super aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad annualem censum V. denariorum tali conditione, ut si eundem censum tribus annis nglexerint, & in quarto non emendaverint servi proprii eiusdem sint altaris. Testes sunt *Megengoz de Ougingen. Walterus de Vilnusbach. Marquardus de Hohenberc*, & alii.

NUM. XCIX. circa An. 1180.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Albertus de Holzhousen* & filie sororis eius Gotelint & Albert tradiderunt predium quod-

quoddam in loco qui dicitur Haimingen ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven pro ſalute animarum ſuarum. Teſtes ſunt *Lanfridus de Pruntal. Arbo de Gugilingen. Dietpoldus & frater eius Merbot. Renwardus de Haimingen*, & alii.

NUM. C. circa An. 1180.

Pateat Chriſti fidelibus quod *Udalricus de Lantrichingen* tradidit predium ſuum ſuper aram S. Pancratii in Ranshoven pro ſalute anime ſue & parentum ſuorum Teſtes ſunt *Ulricus de Brunowe.* &c. & alii. Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod *Wolfkrimus de Apheltal* in extremis ſuis tradidit per manum filii ſui *Hartwici* predium in loco qui dicitur Erlahe ſuper aram S. Pancratii Martiris pro ſalute anime ſue. Pateat Eccleſie Chriſti fidelibus, quod *Adelbertus de Hute* predium quod habuit Rorbach tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris & fratribus inibi famulantibus pro remedio anime ſue & puerorum ſuorum Teſtes ſunt *Pabo de Eringen. Otto de Ybrahe & fratres eius. Ortolf de Pærchuſen. Chunradus de Brunowe*, & alii.

NUM. CI. circa An. 1180.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod domina *Hildegardis de Altendorf* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris *Waltherum* Calcificem annuentibus viro ſuo & domino *Erkenberto de Hagenowe.* Teſtes ſunt *Warmund de Zierberch. Albertus de Otingen. Gotſcalcus de Ouheberch.*

Notum ſit Chriſti fidelibus quod Reginbertus & uxor eius Juditta tradiderunt Chunradum ſuper aram S. Pancratii Martiris. T. ſunt *Pilgrimus de Ratinperch. Eberhard de Vilhart.*

Notum eſſe volumus quod Wolfcrimus tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris Gebehardum & ſororem ſuam Leukardam. Teſtes ſunt *Lantfridus de Pruntal. Sifridus & Mangoldus de Dorf.*

Christi fidelibus notificamus quod Reinbertus & uxor eius Juditta tradiderunt Chunradum super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad censum V. denariorum. Testes sunt *Eberhardus Pilcrimus de Raitenbach. Eberhardus de Wilehart*, & alii.

NUM. CII. circa An. 1180.

Notificamus Christi fidelibus quod *Engilla de Grabehaim* & pueri eius Hainricus Gedrut Perhta. Irmgart tradiderunt se super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad censum V. denariorum. Testes sunt *Alramus de Haselbac. Leupoldus Bickenare. Dietricus de Plankenpac. Arnoldus de Nospac*, & alii.

Cunctis Christi fidelibus notificamus, quod femina quedam nomine Richart tradidit se super aram S. Pancratii Martiris ad V. denarios. Testes sunt *Hartwicus de Uberaken. Leupoldus camerarius*, & alii.

Notificamus Christi fidelibus, quod Hailica tradidit se super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad censum V. denariorum. Testes sunt *Eberhardus de Brunowe. Eberhardus de Purcsteten. &c.*

NUM. CIII. circa An. 1180.

Pateat populis christianis, quod *Gebolfus de Wagenhaim* tradidit Fridericum & Regeherum super aram S. Pancratii Martiris Ranshovensis ad censum V. denariorum. Testes sunt *Fridericus & Ulricus de Brunowe. Mengo de Apheltal. Heinricus de Jatesdorf. Gerhart de Krigelbuc.* & alii.

NUM. CIV. circa An. 1170.

Scriptis presentibus cunctis Christi fidelibus notificamus, quod *Herandus de Husruke* & uxor eius *Chunigunt* ministerialis Regni delegaverunt predium suum Lutingen in manus *Erkenberti de Hagenowe*

genowe eo pacto, ut idem predium traderet, quocunque ipſi petiſſent. Petierunt autem, ut in manus *Ducis Hainrici* Bawarie & Saxonie poneret ſimili ratione qua *Erkenbertus de Hagenowe* tenuerat. Factum eſt ergo, ut ipſum predium ſuper aram S. Pancratii Martiris delegaret dominus Dux Heinricus ipſis petentibus, & filio eius Wernhardo clerico preſente annuente & ſorore eius ſine omni contradictione. H. r. t. ſ. *Otto Palatinus ſenior. Hainricus de Stoufe. Gebehardus de Jugelbac. Pabo de Eringen. Walchunus de Steinpach. Eberhardus de Meiſa Fridericus de Brunowe. Rudpertus & frater eius Stal. Eberhardus de Hannenberc. Adelhardus de Huite.*

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam Lutwicus de Wochingen tradidit duo mancipia Hainricum & Adelhaidem ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Gotſcalcus preco de Hoberc. Pertholdus de Guntranthuſen. Herlub de Amperc. Leuze de Kirdorf. Ekkechard de Hower.*

NUM. CV. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam liber homo nomine *Aſcwinus de Aſenhaim* tradidit V. manicipia ſuper aram S. Pancratii Martiris eo pacto, ut ſi tres annos ſuperſederint, & quarto non emendaverint proprie ditioni prefate Eccleſie ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Gerhardus de Khrigilbuc & filius eius Gerhardus. Luipold de Laiſtorf*, & alii quam plures.

Gerdrut de Amoltingen tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris. Teſtes ſunt *Udalricus de Phaffingen. Fridericus de Lengindorf.*

Alpurch de Senuttenbac tradidit duo mancipia ſuper aram S. Pancratii pro remedio anime ſue & parentum ſuorum ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. Teſtes ſunt *Hawart de Senuttenbach*, & alii.

Enzwip & filii eius Eberhardus. Fridericus, Walchunus tradiderunt ancillam suam Chunigunt super aram S. Pancratii ad censum V. denariorum. T. s. *Dietricus de Matich. Fridericus de Vorstarn. frater eiusdem Enzwip. Dietricus de Vorstarn. Duringus. Engilscalc de Vilzmosen.*

NUM. CVI. circa An. 1180

Cunctis Christi fidelibus notificamus qualiter *Meinhardus & Ulricus* filii Ulrici de Rute hominis Ecclesie nostre tradiderint predium patris sui in Rute super aram S. Pancratii Martiris Ranshoven & fratribus Deo inibi servientibus per manum *Erchengari de Untelingen*, qui eius delegator fuit predii potestativa manu absque omni astantium contradictione. H. trad. t. s. *Uraherus de Rintpach*, & alii quam plures.

Et ego *Siboto de Outendorf* cuncta videns presens aderam & partem agri mei, quam in Aichelperc habebam super hoc ipsum altare tradidi pro remedio anime mee, & parentum meorum in proprietatem huic Ecclesie & fratribus illic Deo servientibus. Quod factum ut ratum permaneat & nemo retractare audeat testimonio subscriptorum conprobatur. *Azelinus de Urbach. Siboto de Outendorf. Heroldus de Vogingen. Hartwicus de Uberachen*, & alii quam plures.

Scire volumus cunctos Christi, qualiter *Luipoldus de Rute* tradidit tale predium, quale in Rute habuit super aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven & fratribus Deo illic servientibus. Hoc testantur *Gebehardus de Apheltal. Albertus de Strale*, & alii quam plures.

NUM. CVII. circa An. 1180.

Insinuamus cunctis Christi fidelibus, quod *Albertus de Sul* tradidit predium suum in Rute super aram S. Pancratii Martiris Ranshovens

hovens, pro remedio uxoris ſue ſuorumque parentum, quod ne forte aliquis prefate Eccleſie violenter diſtrahere ſtudeat, ſubſcripti hoc teſtes teſtantur. *Fridericus Judex. Eberhardus de Lureſtetten. Gerhardus de Krigelbuch. Heinricus de Wilratesdorf*, & alii quam plures.

NUM. CVIII. circa An. 1180.

Univerſitati chriſtiane notificamus, quod ego frater *Albertus de Lureſteten* empto predio in Moſenheim tradidi illud ſuper aram S. Pancratii eo pacto, ut in uſus pauperum redigatur, quidquid utilitatis ullo modo inde provenire poterit. Et ut hec traditio ſtabilis, & inconvulſa permaneat, teſtimonio ſubſcriptorum confirmatur. *Albertus de Satelbogen. Fridericus de Schateneke. Pertoldus de Krigelbuch. Hartwicus de Uberachen*, & alii quam plures.

NUM. CIX. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Sifridus de Lachen*, tradidit predium ſuum in Tubolſingen ſuper aram S. Pancratii Martiros in Ranshoven Deo & fratribus ſanctis illic militantibus ob remedium anime ſue parentumque ſuorum: qua de cauſa, ne quis ſucceſſor ſuorum predictum predium vendicare ſibi preſumat, teſtimonio ſubſcriptorum confirmamus. *Otto de Walde. Reinbertus de Lachen. Wernhardus de Totenbach*, & alii quam plures.

NUM. CX. circa An. 1180.

Mulier quedam Wirat dedit predium ſuum, quod dicitur Oede ſuper aram S. Pancratii in Ranshoven marito eius defuncto. T. h. r. *Otto de Renenpuch. Haffoldus de Plankenpach. Eberhardus de Prunowe*, & alii quam plures.

Omni-

Omnibus S. Eccleſie filiis notificamus qualiter *Heinricus de Puchkyrchen* homo libere conditionis tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. Quod ſi duobus aut tribus dare neglexerit & quarto hoc non ſuppleverit proprius deinceps habebitur. Inſuper predium ſuum in Rute poſitum eidem martiri delegavit. H. t. aſſiſtentibus *Hartwicus de Uberachen*, & alii quam plures.

NUU. CXI. circa An. 1180.

Omnibus S. Eccleſie filiis notificamus qualiter *Ulricus in Frauchingen* peracto huius vite termino tradidit ſuper aram ſancti Pancratii Martiris Ranshovenſis per manum *Pertholdi, ducis* Camerarii predium tale quale in Mulberch habebat ſimul cum duobus mancipiis Perhta videlicet & Mahthilt predium ad proprietatem mancipia ad cenſum V. denariorum. Hoc teſtatur ipſe *Perhtoldus predii delegator. Perhtoldus de Krigelbuch. Albero de Selheim. Engelbertus de Rute. Wernhardus de Iden*, & alii quam plures.

NUM. CXII. circa An. 1180.

Univerſali Eccleſie ſcriptis notificamus, quod Alheidis quedam libere conditionis femina ſpontanee tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum, ſe videlicet & Perhtam filiam eius ſingulis annis perſolvendum, ea conditione, ut ſi tribus annis dare illum neglexerit, & quarto hoc non ſuppleverit, propria eiusdem Eccleſie ancilla habeatur. H. r. t. ſ. *Heinricus de Berbobingen. Wernhardus de Guhesheim. Heldof de Altkaim*, & alii quam plures. Item Yrmgardis de Mumenowe tradidit ſe eadem die poteſtativa manu ad idem altare. H. r. t. ſ. *Chuonradus de Prunowe, Albo de Iarſtorff, & filius eius Fridericus.*

Num.

NUM. CXIII. circa An. 1180.

Cunctis Christi fidelibus presenti pagina notificamus, quod *Alheidis de Hohenstaine uxor Reinberti* dimidium mansum unum potenti manu tradidit super aram S. Pancratii Martiris Ranshovens: ob remedium anime sue parentumque suorum nullo contradicente in Ekendorf situm. H. r. t. s. *Warmundus de Hohensteine. Arnoldus de Suchpach.*

NUM. CXIV. circa An. 1170.

Pateat cunctis Christi fidelibus, quod *Sophia de Purchusen* pariter cum genero suo *Luitoldo de Plaigen* rogatu ipsius coniugis *Gebehardi* in extremis suis laborantis tradiderunt super altare S. Pancratii Martiris Ranshovens. & fratribus illic Deo militantibus predium unum Remsarn positum ob remedium anime sue parentumque suorum. T. s. i. *Luitoldus Comes. Sifridus Comes de Liubenowe. Fridericus Iudex & fratres sui Eberhardus & Chunradus de Prunowe. Pabo de Eringen. Otto de Steveningen. Marchwardus Prepositus*, & alii quam plures.

NUM. CXV. circa An. 1180.

Notum facimus Christi fidelibus, quod *Wernhardus de Husrukke* tradidit Richilt famulam suam cum IV. liberis suis, ad censum V. denariorum annuatim persolvendum. T. s. *Marchwardus & filius eius Albero de Angea. Heinricus de Chremse. Heinr. de Sippach*, & alii.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod filii *Gotscalci de Miterdorf.* Hainricus videlicet & Gotscalcus rogatu Patris eorum tradiderunt predium suum super aram S. Pancratii Mart. Ranshovens. in Merchenmos situm ob remedium anime sue parentumque suorum. T. s. *Chunra-*

dus de Blanchenpach. Engerus miles eius. Pilgrimus & Ekkehardus de Reitenbuch, & alii quam plures.

Sciat omnis Christiana religio, quod quidam *Eberhardus de Vorstarn* tradidit mancipium suum Utacher super aram S. Pancratii Mart. ad censum V. denariorum. T. s. *Pabo de Eringen. Chunradus de Prunowe. Meingotus de Apheltal*, & alii quam plures.

NUM. CXVI. circa An. 1180.

Scripto annotabimus qualiter *Lantfridus de Pruntal* rogatu cuiusdam Friderici Amici sui tradidit predium suum in Atenberch positum super aram S. Pancratii Martiris Ranshovens. H. r. t. s. *Marchwardus Prepositus. Hoccho de Wilhart*, & alii quam plures.

Notum sit omni populo Christiano, quod mulier quedam Helcha nomine tradidit mancipium suum super aram S. Pancratii Martiris ad censum quinque denar. T. s. *Chunradus & Rudegerus de Purcsteten.*

Omni populo Christiano scriptis notificamus, qualiter duo fratres Perngerus & Reinhardus tradiderun Rudolfum servum suum per manum Udelscalci liberi hominis super aram S. Pancratii ad censum V. denar. T. s. *Eberhardus de Purchsteten. Ulricus de Rore*, & alii.

Omnibus fidelibus Christi notificamus, quod *Albero de Amphenwanc* rogatu Marchwardi Amici sui delegavit predium suum in Sinerlingen super aram S. Pancratii Martiris, quod in manu ipsius Alberonis illuc delegandum positum fuit.

NUM. CXVII. circa An. 1180.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris notum facimus, quod *Rudgerus de Chalcharn* tradidit predium unum in Erlæ, super aram S. Pancratii Mart. Ranshov. T. s. *Alhardus de Hutte. Richerus avunculus eiusdem Rudgeri*, & alii quam plures.

Num.

NUM. CXVIII. circa An. 1195.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus quod *ego Wernhardus & frater meus Richerus*, cum ſeculo renuntiaremus predium noſtrum in Wirnteſperch ſuper aram S. Pancratii Mart. Ranshov. delegavimus & nos ipſos fraternitati eorum omni relicta proprietate aſſociavimus: ut autem traditio firma hec & irrectrabilis iugiter permaneat preſente *Domino duce Luidwico* in inferiori Halle habita & confirmata eſt. *Dominus Warmundus de Zierperch preſens aderat. Dominus Otto de Rore. Poppo frater eius. Otto vale. Pruno de Iphe. Dietmarus de Harrouche. Gotſcalcus frater eius. Hezilo de Wizenperch & frater eius Wernhardus. Friderius de Prunowe & frater eius Chunradus. Eberhardus de Purchſteten*, & alii plurimi.

NUM. CXIX. circa An. 1175.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter quedam Matrona honeſta *Luikardis* nomine de miniſterialibus regni cum in clauſtrum feminarum apud nos ſe transferret, tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris tale predium quale habebat in Uberachen, molendinum videlicet vicinum noſtro molendino, quod itidem antea nos habebamus. Teſtes ſunt *Puobo de Lozenchirchen filius eius, & qui cum eo erant duo milites Chunradus & Wirintho. Chunradus & Eberhardus fratres de Brunowe Bertoldus Stemphar Fridericus tunc Vorſtmeiſter. Eppo Zolnar &c. Sifridus de Wenge. Chunradus de Uberachen*, & alii quam plures.

Noverint omnes chriſtiani qualiter *Dietmarus de Rute* nomine adhuc vivens precepit filio ſuo, ut poſt eius obitum delegaret ſuper altare S. Pancratii Martiris predium ſuum, quod ipſe habebat in Lintale quod & filius eius ſtrenue complevit &c.

NUM. CXX. circa An. 1180.

Monemus ſcire univerſos Chriſti amicos, qualiter *Chunradus de Chalbrinoſe & uxor eius Methilt* tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris Ottonem & Matrem eius Diemoude ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, quem ſi tribus annis ſuperſederint, nec quarto emendaverint, ſerviant Eccleſie ex propriis.

Notum ſit omnibus Chriſtum colentibus, qualiter Siboto & uxor ſua Liukart tradiderunt mancipium Hailicam nomine ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. T. ſ. *Dominus Chunradus de Prunowe*, & alii innumerabiles.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Hainricus de Reitenbache* libera manu tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris Ranshovens. ad cenſum V. denariorum. H. r. t. ſ. *Chunradus de Prunowe. Hartmannus de Niuwenkirchen. Eberwinus de Rattenbache*, & alii quam plures.

NUM. CXXI. circa An. 1190.

Univerſitati Eccleſie inſinuamus, ut eius videlicet teſtimonium nunc & ſemper habeamus, qualiter Wipoto & uxor eius Iuditta nullo contradicente libera manu tradiderunt Dietricum ſuper aram S. Pancratii Martiris, & Dominis illic Deo ſervientibus ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Hunc vero ſi tribus annis non perſolverit, in quarto pro proprio huic loco & Dominis illic Deo ſervientibus famularetur. H. r. t. ſ. *Alhardus de Hutte. Chunradus & frater ſuus Eberhardus de Prunou. Rudegerus de Slatheim. Purchardus de Gremiling. Meingotus de Hagenaue*, & alii quam plures.

NUM. CXXII. circa An. 1190.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine Gerohus teſtamentum in termino vite ſua ſtatuit, quoddam pre-

predium quod habebat in Ellingen pro remedio anime sue, parentumque suorum fratribus Ranshovensis Ecclesie quod uxor sua ipso defuncto, & ipso sepelito fideliter complevit, delegans illud in proprium super altare beati Pancratii Patroni eiusdem Ecclesie. Et hii sunt testes eiusdem delegationis *Dominus Chunradus de Retenpach. Reinhardus de Noheim. Rudiger de Kirichtorf, Haidfolcus frater eius qui dedit predium*, & alii quam plures.

NUM. CXXIII. circa An. 1215.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus qualiter homines subternotati Rudiger, & Rentwich filii Chunradi &c. antiquitus extiterunt censuales S. Pancratii Martiris in Ranshoven. Contigit autem alio tempore, quod pace fugata de terra, quidam miles *Cholo* nomine per rapinam & violentiam invadens eos suis servitiis iniuste addixit. Cumque nimiis abuteretur insolentiis permittente Deo gladio occisus est & eodem tempore vir venerabilis Wichardus nomine Prepositus in Ranshoven nobilissimos *Duces Ludwicum Bawarie & Leupoldum Austrie* non segniter adiit & homines aliquandiu iniuste subtractos ad censum V. denariorum S. Pancratio deinceps libere servituros coram prefatis ducibus & magna milicia strenue obtinuit & eos per manum Ludwici in manum *Domini Gundageri de Stiria* protegendos comendavit.

NUM. CXXIV. circa An. 1200.

Notum sit qualiter *Otto de Grimm* miles honestatis petente sorore sua Girbirge apud nos in extremis laborante & sepulta tradidit mancipium Methildem uxorem super aram S. Pancratii Martiris ad censum V. denariorum annuatim persolvendum presente *Domino Chunrado de Prunowe, & Ottone Martire*, & aliis innumerabilibus.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homines ſubſcripti Mehtildis &c. cum omni poſteritate ſua libera manu tradiderunt ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad cenſum V. denar. annuatim perſolvendum, quem ſi tribus annis ſuperſederint & quarto non emendaverint, in famulos redigantur. T. ſ. *Dominus Fridericus foreſte Magiſter. Chunradus de Wolteingingen &c.* & eodem die delegavit ſe quidam Chunradus homo libere conditionis cum teſtibus ſuper notatis.

NUM. CXXV. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam frater pro remedio anime parentum ſuorum annuentibus fratribus ſuis Heinrico, & Ortolfo tradidit duo mancipia videlicet Hailcam, & filium eius Chunradum cum omni poſteritate ſua ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. T. ſ. *Dominus Chunradus de Prunowe, & Dominus Chunradus de Ratenpach, & ipſe qui tradidit, & Dominus Oulricus, & Diepoldus de Prunowe,* & alii quam plures.

NUM. CXXVI. circa An. 1210.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter Fridericus Rudigerus & Otto tres fratres cum ſororibus ſuis Eliſabetha & Alheide, filii Epponis Theolenarii in Ranshoven cum Matre ſua Hailca poteſtativa manu tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven tale predium, qaale habebant in Hartperch, quod colebat Heinricus de familia Ducis. Affirmavit & tradidit pariter Alheidis uxor Friderici, cui prius pars eiusdem predii in dotem donata erat. Cauſa eiusdem traditionis hec erat; quod predicti fratres Fridericus & Otto duos homines Eccleſie Heinricum & Wernherum innocentes aggreſſi vulneraverunt, & occiderunt. Inſuper in bonis Eccleſie incendium comiſerunt; &

ideo

ideo a Domino Duce proſcripti, & a fratrum iudice ſimiliter proſcripti, & denunciati fuerunt. Taliter arcati, & penitentia ducti hanc traditionem ad recompenſandum dampnum Eccleſie cum ſupra ſcriptis teſtibus publice perfecerunt. Preterea ut firmior ſit traditio exhibita ſunt eis VI. talenta, ex parte Eccleſie tunc ad hoc deſignata, ut puelle que tunc minima erat, deberent in parte ſua pervenire. T. ſ. *Dominus Chunradus de Prunowe. Dominus Wernherus de Purchuſen, & Dominus Leupoldus de Frenchingen. Dominus Chunradus de Geroltsberge. Sifridus de Hohbercha, Ammannus Ducis in Ranshoven*, & alii quam plures.

NUM. CXXVII. circa An. 1210.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Chunradus de Rattenbach* miniſterialis regni tradidit Luitam cum filiis earum ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum ea conditione, ut ſi duobus annis ſuperſederint & tertio non correxerint, ſint de familia eccleſie propria. T. ſ. *ipſe Chunradus qui tradidit, & Chunradus de Brunowe ſororius eius. Heinricus Widmer* accepit de comuni conſilio conventus hanc conceſſionem, ut eo obeunte uxori & filiis eius detur panis unus de Hoſpitali noſtro per annum unum. Eadem die, & ſub eisdem teſtibus renunciavit pro remedio ſuo, quod habuit iuxta Ratenpach, & Rintpach & Pramperch ſub tali conditione, ut redditus qui de eodem predio provenire potuerint, ei ſolvantur a camerario noſtro, dum vivit.

NUM. CXXVIII. circa An. 1210.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Chunradus de Uberrache* tradidit Heilcam ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum: ea conditione, ut ſi duo-

duobus annis ſuperſederit, & tertio non correxerit, ſit de familia Eccleſie propria.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus qualiter Mahthildis &c. homines libere conditionis tradiderunt ſe ipſos ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum T. ſ. *Chunradus de Wolzingen. Leutoldus de Erchmutingen*, & alii quam plures.

NUM. CXXIX. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Ulricus de Gouchsheim* miles ſtrenuus tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris in Ranshoven & fratribus illic Deo ſervientibus manicipia in poteſtativa manu ad cenſum V. denariorum, & hoc factum eſt ex teſtamento patris ſui *Roudolfi de Gouchsheim*, qui de prefatis in extremis ſuis hoc ſtatuit, ut delegari ab ipſo Ulrico deberent, quocunque peterent. Erant enim ab ipſo Ulrico infeodati cuidam Wolframo cellerario de Caſtro, quod tunc fuit Graben, a quo redemti ipſo preſente & conſentiente S. Pancratio Martiri & fratribus in Ranshoven ſervientibus ſunt delegati. Huius traditionis T. ſ. *ipſe Ulricus qui delegavit, & filius ſuus Rudegerus & Wolframmus prefatus a quo redempti ſunt, & Wichero de Hutta miniſter. Ducis Bawarie. Wicherus de Sureſteten*, & alii quam plures.

NUM. CXXX. circa An. 1220.

Notum eſſe volumus ſcire volentibus qualiter Luipoldus & Chunradus *homines regni* ſuper quadam lite cuiusdam predii S. Pancratii a domino *Wichero* venerabili prepoſito *ante Judicem* proclamati multociens ſuam eſſe litem predii affirmabant. Tandem ſe recognoſcentes tradiderunt predium in Hamegebl, de quo lis fuit ſuper aram S. Pancratii tali conditione, ut ſi ſine heredibus tran-

tranſirent de hoc ſeculo, in proprium eſſet donatio. Sin autem Heredes, ad annuatim perſolvendum cenſum V. denariorum usque ad mortem ipſorum & tunc in proprium eſſet Eccleſie T. ſ. *ipſe Chunradus & Luipoldus qui tradiderunt. Chunradus de Wolxingen. Luipoldus de Lengenmoſe. Grumbaldus de Route*, & alii Ipſo die delegavit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris Luikardis cum pueris ſuis libere conditionis ad cenſum V. denariorum T. ſ. *Ulricus de Gouchheim*, & alii quam plures.

NUM. CXXXI. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Pubo de Locenkirchen* miniſterialis regni tradidit Iuttam ſuper altare S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad cenſum V. denarior. annuatim perſolvendum; ea conditione, ut ſi duobus annis ſuperſederit, & tertio non compleverit, ſit Eccleſie propria.

NUM. CXXXII. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo Altmannus nomine in extremo vite ſue tradidit S. Pancratio predium ſuum quale habuit in Lauwe ad cenſum XV. denar. annuatim perſolvendum, quod & uxor ſua fideliter inplevit ea conditione ut ipſa & Nepos eius habeant ad terminum vite ſue. T. ſ. *Dominus Chunradus de Prunowe. Chunradus de Selheim. Heinricus de Apheltal. Heinricus villicus de Prunowe*, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam Matrona nomina Iutta pro remedio anime ſue parentumque ſuorum tradidit S. Pancratio in Ranshoven tria mancipia ad cenſum V. denar. annuatim perſolvendum, quod ſi duobus annis ſuperſederint & tertio anno non emendaverint, ſint de familia Eccleſie propria. T. ſ. *Gebehardus de Newarn. Chunradus de Eiſenhube, Fridericus de Otendorf*, & alii.

NUM. CXXXIII. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Walkerus de Meinhertingen* adhuc vivens ſtatuit Eccleſie Ranshovenſi predium ſuum quod habebat in Ode iuxta Gundramshuſen pro remedio anime ſue delegandum ſuper altare S. Pancratii Martiris a filiis ſuis *Walkero & Karolo* quod & ipſi ſtrenue compleverunt; delegantes ambo pariter predium in manus honorabilis Prepoſiti Wichardi in Caſtro Riede preſente *Amelberto* ſtrenuo milite cum aliis compluribus. Sed & Walkerus filius predicti Walkeri Senioris eandem delegationem poſt modo ſtrenue complevit. Tradens ante dictum predium ſuper altare S. Pancratii poteſtativa manu. H. r. t. ſ. ipſe *Walkerns*, qui delegavit predium. Gotſcalcus Prepoſitus ducis, & homines Eccleſie, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam homo Hæiricus nomine tradidit famulum ſuum Ulricum nomine S. Pancratio in Ranshoven ad cenſum V. denar. annuatim perſolvendum, quod ſi uno anno ſuperſederit, & tertio non emendaverit, ſit de familia Eccleſie propria. T. ſ. *Dominus Chunradus de Brunowe &c.* Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homines ſubſcripti Friderich. Heinric Diemout Alheit. Friderich Alram, tradiderunt S. Pancratio Martiri in Ranshoven unum mancipium Chunegunt nomine ad cenſum V. denar. annuatim perſolvendum. T. ſ. *Alramus de Ratenpach. Eberwinus de Maticha. Chunrat de Aſelcheim*, & alii.

NUM. CXXXIV. circa An. 1220.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Heinrich de Simelingen*, cum eſſet in extremis, tradidit S. Pancratio Martiri in Ranshoven duo mancipia. Chunegunt. Heilcam cum poſteris eorum ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Chunr. de Prunome, & cognatus eius Eberhart. Eberhart de Neuvarn. Wernhart de Pouchirchen. Ulrich de Mospach*, & alii.

Notum

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, qualiter miles quidam *Dominus Otto de Erhartstorf* tradidit super aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven predium suum quale habuit in Lantrichingen pro remedio anime sue, & uxoris sue parentumque suorum. H. r. t. s. ipse *Otto delegator predii Chunradus de Lantriching. Perhtoldus Schicho. Gebehardus de Dachsperge. Pubo de Lezenchirchen. Gotscalcus Prepositus Ducis, Engelbertus de Geroltsperge*, & alii

NUM. CXXXV. circa An. 1220.

Notum esse volumus cunctis fidelibus, quod Iutta uxor domini Marquardi cum filio eius Wernhero tradiderunt predium suum quod habebat in Urpach S. Pancratio Martiri in Ranshoven, & hoc factum est in sepultura Friderici filii sui pro remedio anime sue parentumque suorum. T. s. ipse Wernherus qui tradidit predium. *Dominus Otto de Erhartsdorf. Wichardus de Dorfingen. Heinrich de Guntheringen. Rudpertus de Foro*, & alii

NUM. CXXXVI. circa An. 1220.

Cautum fuit hactenus a viris prudentibus & provisum, ut quod ipsi volebant manere stabilius literarum indiciis perennarent. Sciant ergo presentes ac posteri qualiter dilectus confrater noster *Chunradus* Scolasticus pia recordatione anime sue parentumque suorum, predium quod habuit in Hartperch cum omnibus suis pertinentiis & adiacentiis quesitis & inquirendis, que dici vel notari possunt, tradidit Ecclesie S. Pancratii in Ranshoven: tali tamen conditione usui totius congregationis iugiter profuturum, ut pro petitione sua ex consensu Domini Wichardi venerabilis Prepositi & conventus dispensatio prenotati predii uni canonicorum deputetur; quatenus ipse usu fructu tam in Stivra quam in servitio annuatim in unum collecto, universo collegio in anniversario *patris sui Hartmanni plebani de Puorkirchen XV. May.* unum & siquid quo-

que habuntantius inde proveuire potuerit amministretur. Quam consolationem oblationem vite voluit nominari. Hec ita se superstite inviolabiliter dispensari placuit: post obitum vero eius in depositionis sue diem transferri obnixe petivit. Ut autem pactum huius donationis perenniter inconcussum permaneat nec processu temporis possit deleri, subscriptione testium & scripto presentis pagine roboravimus. T. s. *Fridericus Iudex. Friderieus Zolner. Perhtoldus Schiecho per cuius manus delegatio facta est. Sifridus de Hohbercha Gotscalcus Prepositus*, & alii.

NUM. CXXXVII. circa An. 1220.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, qualiter *Wicbardus de Purchsteten ministerialis regni Bawarie*, iam moriens testamentum fecit de predio suo, beato Pancratio Martiri in loco Ranshovensi ad dimidium talenti pro remedio anime sue, & hoc assignavit in proprio *domate* suo Purchsteten: frater vero suus Albertus miles honestus, fratri morienti in hereditate succedens aliud predium non sine convenientia conventus, super altare beati Pancratii delegavit, quod tantumdem solvere debet, & appellatur Saerling: ea conditione ut infra tempus anni circa partes nostras in predio nobis adiacenti prefatum debitum assignet. T. s. ipsemet miles frater defuncti, & miles honestus *de Rocholving Dietricus nomine, & honesti milites de Iulbach Wolframus & frater eius Roudolfus de Winchelheim. Tres fratres Heinricus Marschalcus. Chunradus. Hugo. Rubertus Stal. Otto de Hizenaw.* Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, quod *Gertrudis de Onfrinding*, & sorores eius pro remedio anime fratris eorum, tradiderunt Mehildim & filium eius Heinricum super aram S. Pancratii ad censum V. denariorum. T. s. *Chunradus de Prunowe. Wernhardus de Haimhausen*, & alii.

NUM.

NUM. CXXXVIII. circa An. 1225.

Notum ſit omnibus quod *Wilehalmus de Troubebach* delegavit predium ſuum, quod habuit ibidem pro remedio anime ſue & parentum ſuorum: hec delegatio facta eſt per manum Friderici antiqui Iudicis. T. ſ. *Otto Iudex. Walchun de Mutelenſpach. Ulrich & Engelbertus de Truebach. Chriſtian de Noſpach. Dietmar de Eichperch.* Notum ſit omnibus, quod *Gotfridus de Mulheim homo libere conditionis* tradidit ſe ipſum beato Pancratio ad cenſum V. denar. annuatim perſolvendum. T. ſ. *Fridericus de Ottendorf. Engelbert de Noſpach*, & alii.

NUM. CXXXIX. circa An. 1230.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod Eliſabeth pro remedio anime ſue, & mariti ſui Eberhardi tradidit Chunigundam cum filio ſuo Heinrico & filia ſua Gertrude & Perhtoldum famulum eius ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Chuno de Blanchenpach. Otto de Uranchinge. Gebhardus de Dachſperch. Chunradus de Monte*, & alii &c. Notum ſit omnibus, quod *Fridericus Forſtarius* tradidit beato Pancratio virum quendam nomine Gerhardum cum duabus ſororibus ſcilicet Liuharde, Mahtild ad cenſum V. denariorum. T. ſ. *Gebhardus filius eius. Fridericus de Honhart. Rudiger de Planchenbach*, &c. Notum ſit omnibus, quod Hainricus de Jahansdorf tradidit beato Pancratio Martiri Ranshovens duo predia que habuit in Berhubing, unum ad ſolvendam penitentiam ſibi iniunctam, aliud pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Chunradus de Prunowe. Fridericus de Hute & Chunradus de Piheling*, &c.

NUM. CXL. circa An. 1230.

Cenſuales facti ſunt S. Pancratii Martiris Chunegunt & ſoror eius Mahtild cum filiis & filiabus. Hailika. Alheit. Wernhardus

hardus & Engelperht. *Heinricus de Haſelrieute. Gerhardus & Eberhardus* tradiderunt ſe S. Pancratio Martiri ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. T. ſ. *Fridericus de Ottendorf. Gotſcalcus de Uberachen. Hermannus de Purkchirchen. Wernhardus & Gebhardus & Herrich de Herricheim.* Notum eſſe cupimus ſcire volentibus, qualiter dilectus confrater noſter Perhtoldus cum eſſet Parochianus in Eccleſia noſtra de portione Elemoſinarum, *que ipſum iure ſui laboris contingebant*, cum eſſet vir religionis & timens dominum annuente prepoſito & conventu eiusdem noſtre Eccleſie comparavit in proprium quoddam predium ſitum apud Uchnpruoke ultra Maticham a quodam Gerhardo homine Eccleſie, & filiis ſuis Friderico & Heinrico pro XI. libris & LX. denariis bonorum denariorum. Quod & idem predium ſine omni dolo & nullius contradictionis obſtaculo idem Gerhardus & fiilii ſui ſupra dicti Fridericus & Heinricus tradiderunt ſuper altare S. Pancratii Martiris ad uſum communem fratrum ibidem Deo ſervientium. Huius Emptionis & traditionis ſubnotati ſunt Teſtes. *Ulricus de Prunowe preco, & Wernhardus frater eius. Chunradus de Dietmeringen. Sachſo de Winchelheim. Rudolfus de Otachſtetn. Otto de Wintpozingen*, & alii. Notum eſſe volumus qualiter tres fratres Chunradus. Hertingus, Heinricus de Haubnperch accepta pecunia XX. librarum delegaverunt Mehtildem uxoren Wilhelmi de Prunowe, cum pueris ſuis Ottone filio ſuo & Alheida ſorore ſua cum ſua poſteritate ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Aderant in eadem delegatione *Rudolfus Stal & Heinricus de Zoutenbach &c.*

NUM. CXLI. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam Alrammus nomine de Haſelpach filius Wernhardi delegavit predium ſuum, quod habuit in Linthe V.

agros

agros Eccleſie noſtre ſuper aram S. Pancratii Martiris pro remedio anime ſue, parentumque ſuorum. Hec delegatio facta eſt ſub domino prepoſito Perhtoldo. H. r. t. ſ. *Heinricus de Aheim. Albero de Prunowe*, & alii Notum eſſe cupimus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Perhtold vitulus de Purchuſen tradidit ſuper aram S. Marie in capella Ranshovenſi predium quoddam in Rawe, quod ipſe comparaverat pecunia in proprium a domino Friderico de Prunowe plena donatione pro remedio anime ſue & uxoris ſue, omniumque parentum ſuorum. Compromiſſa fuit & ipſi & uxori ſua plena fraternitas in omnibus miſſis. vigiliis ceterisque divinis ſervitiis. T. r. h. ſ. *Swikerus notarius domine duciſſe Perhtold de Lindorf. miles quidam Hornperch*, & alii &c. Hec acta ſunt ſub venerabili domino Perhtoldo prepoſito.

NUM. CXLII. An. 1257.

Noverint univerſi, quod dominus *Hericus de Wolfsberch* contulit Eccleſie cenſualiter quendam Chunradum nomine ad V. denarios ſerviendum. Anno 1257. V. Kal. Iulii. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Hainricus de Tiche* contulit S. Pancratio cenſualiter ad V. denarios Jutam & puerum ſuum. Notum ſit omnibus, quod Wernherus de Heſenlohe contulit Eccleſie predium.

NUM. CXLIII. circa An. 1280.

Notum ſit omnibus, quod dominus *Hainricus de Rore* contulit Eccleſie pro remedio anime ſue curiam, quam habuit in Raitenpuche H. r. t. ſ. *Wernhardus der Mautner*, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Otto pie memorie *de Frænching* legavit Eccleſie S. Pancratii Leudpoldum. Chunigundam & Diemundam & Juttam homines ſuos ad cenſum V. denariorum.

Num.

NUM. CXLIV. circa An. 1112.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod Dux *Welf* coram principibus, militibus quoque & miniſtris ſuis doti dedit ſuper aram S. Pancratii ad Hantinperch omnia ſubiacentia culta; & inculta & que prius fuerunt in beneficio & proprio dedit in honore S. Iacobi Apoſtoli & S. Pancratii Martiris Chriſti petitione Erimberti ipſius Eccleſie Presbiteri & pro remedio anime ſue & patris ſui & matris. H. r. t. ſ. *Ottacher Marchio. Ekkibreht comes. Dietrich comes. Sigihard & Heinrich filii Sigihardi comitis. Chuonrat de Moricht. Otto de Schir. Heinrich de Scouvinburche. & filius eius Heinricus. Udalrich de Willeheringen. Reginpreht de Berchaha & filius eius Werinhard. Merinhard de Iugelbahe. Werinhard de Horbaehe. Alram & frater eius Erchenbreht de Owa. Gumbold. Raffold. Friderich & fratres eius Adalhard & Adalpreht. Hertvinchc de Ybercche. Dietmar. Germunt de Ranshoven.* Notum ſit populo chriſtiano, quod quidam *nobilis* homo nomine Megingoz tradidit quoddam mancipium ſuum ſine ulla contraditione nomine Dietmar ad altare S. Pancratii Martiris Chriſti apud Ranshoven, ut ſe annuali cenſu idem quinque denariis inde redimat. Notum ſit omnibus chriſtianis, quod quidam ſervilis homo nomine Luipold per manum liberi hominis nomine Antrihc dedit propriam ancillam ſuam Gebam & filium eius ſuper altare ad Ranshoven S. Pancratii Martiris Chriſti ea lege, ut ſe inde redimeret V. denariis per ſingulos annos.

NUM. CXLV. circa An. 1112.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homo quidam Herrant *miniſterialis regni* delegavit propriam ancillam ſuam nomine Himzilam in manum *Adalberonis* cognomento Zof tradendam ſuper aram S. Pancratii pro V. denariis annuatim perſolvendis: ea videlicet conditione, ut ſi in tribus annis eundem cenſum perſolvere

vere neglexerit, & in quarto non emendaverit prebendaria predicti altaris deinceps habeatur, universaque illius posteritas. Quod idem Adalbero cum manu predicti Herradi, ut dictum est, perfecit, presentibus ac per aures tractis testibus hic nominatis: *Engildie de Gundrameshusen. Dietmar, & filius eius Dietmar. Germund & filius eius Arngocz. Perhtold de Tarstorf. Perger de Holze. Gerold de Stetepuch. & filius eius Meinhard. Dietmar de Schitri & filius eius Perhtold.*

NUM. CXLVI. circa An. 1090.

Richmout nobilis de genere Lantware tradidit semet ipsam ad aram S. Pancratii cum omni posteritate sua ad censum V. denariorum. *Erinhart de Grube* filiam suam ex propria ancilla procreatam tradidit ad aram S. Pancratii pro V. denariis annuatim persolvendis. Cuius nomen Perhta. Hec autem traditio facta est sub duce Welf & sub comite Sigehardo, parocho eiusdem Ecclesie nomine Hanto. H. r. t. s. *Raffold de Seonberch. Raffold de Rore. Friderich de Mospach. Menhart de Eringen. Wichart de Idin. & filius eius Herman. & Wernhart ipsius frater. Roupreht de Matih*, & alii.

NUM. CXLVII. circa An. 1090.

Notum sit omnibus christianis, quod quidam nobilis homo nomine Cunrat tradidit duo mancipia scilicet Marem & feminam nomine Adelbero, & Truta super aram S. Pancratii Martiris pro redemptione animarum sue parentumque suorum; ea ratione ut se inde annuali censu IV. denariorum redimerent, & si neglexissent hoc uno vel secundo aut in tertio anno - & si pleniter totum quarto non implevissent, postea in servitio sacerdotis ipsius altaris adessent.

NUM. CXLVIII. An. 1138.

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII. acte sunt subscripte traditiones: *Friderich Ministerialis Regni dd Rore cum Perhta*

uxore sua tradidit potenti manu ad aram S. Pancratii in Ranshoven filium *ejus Richerum* ibidem spirituali disciplina nutriendum, & omne predium quod apud Rore habuerant; suscipientibus & banno confirmantibus Archiepiscopo Chunrado & Gurcensi Episcopo Romano H. r. t. s. *Engelpertus Marchio de Chreiburch. Wolferam nobilis. Adalbertus & filius ejus Durinch. Mengengoz de Surheimen, Wisen pincerna. Raffold de Sconberge. Raffold de Planchenbach. Eberhart de Prunouwe, & frater eius Oudalrich. Ibrecht de Sceuce* tradidit ad aram S. Pancratii tale predium quale habuit in Sceuce. H. r. t. s. *Geroldus de Hutten Pertold & Roupret de Tarstorf.* Idem *Fridericus de Rore* tradidit ad aram S. Pancratii Adelhardum ad censum V. denariorum. *Chadelhoch de Rore* tradidit ad aram S. Pancratii Iudittam ad V. denar. & Perhtold filius fororis eius adhuc puer ad eandem aram Trutam ad V. denarios. *Eginhart* frater noster predicti Chaldelhoh fororis filius tradidit semet ipsum ad aram S. Pancratii secundum regulam communis vite ibidem degendum. Et tradidit tale predium quale habuit pila in Machilinsdorf, & tale predium quale habuit in Druckersteten scilicet mansum & mancipia XVII. *Oudalrich* ministerialis regni tradidit ad aram S. Pancratii Widen ad V. denarios & predium tale quale habuit in Ruite. *Gerhard de Pubenhoven* tradidit ad aram S. Pancratii Wielant ad cottidianum servitium, redimendo filium suum inde. Fridericus ministerialis regni tradidit ad aram S. Pancratii Chunigunt cum omni posteritate sua ad V. denar.

NUM. CXLIX. circa An. 1115.

Omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus notum esse cupimus, quod quidam vir Salcho libere conditionis de Iaidesdorf Hiltam cum sequacibus eius super altare S. Pancratii Mart. Ranshovens. ad censum V. denariorum potestativa manu delegavit. Videlicet *Welfo duce. Heinrico advocato. Parochiano Herenberto*

berto. H. r. t. ſ. *Adelhardus de Huite. Hartwich Uberachen. Rapoldus de Rore. Ditmar de Ranshoven. Ditmar de Mathec. Ditrich de Haſelbach. Germunt de Ranshoven. Dietrich de Oſterberge.* Quidam nobilis homo *Roudpertus de Steten* tradidit ad aram S. Pancratii Etechen rogatu patris iſtius nomine Friderich ad cenſum V. denar. Cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus notificamus, quod quidam nobilis vir nomine Hermannus de Yden, tradidit Haeichwin filiam ſuam concubinalem poteſtativa manu ſine ulla contradictione ſuper altare S. Pancratii in Ranshoven ad retinendam libertatem eius ſolvere V. nummis ſingulis annis cum omnibus ſui generis ſequacibus. H. r. t. ſ. *Roupreht & frater eius Menhard de Yden. Timo de Steigen. Erchenger de Ellingen. Witille de Vutteſtorf. Germunt de Ranshoven. Raffolt de Rore,* & alii. Otto nobilis tradidit ad altare S. Pancratii Meinhart ad V. denarios. H. r. t. ſ. *Heinrich de Ugin. Raffold de Planchanbach,* & alii. Friderich de Pupenhoven tradidit duo iugera predii ſui unum ad altare S. Pancratii aliud ad altare S. Michael. H. r. t. ſ. *Sachſe de Richersdorf. Ulrich de Lampach.*

NUM. CL. circa An. 1090.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam abſentibus, quam preſentibus quod quidam nobilis homo nomine Gerhardus famulam ſuam nomine Hecelam tradidit ſuper altare S. Pancratii per ſingulos annos V. denarios ſolvendos cauſa anime ſue. H. r. t. ſ. *Werinhart de Idina. Adelpertus de Fucingin. Engildie de Gundrameshuſin. Adalbam frater eius Otto Patruus eius de Heſſenraine. Perhtoldus de Tarſtorf. Udalricus de Utigin. Salcho de Maticha.* Et hoc in preſentia Hanti ſacerdotis illius loci.

NUM. CLI. circa An. 1140.

Noverit omnis homo, qui Chriſtiano cenſetur vocabulo quod quidam nomine Poppo mancipium ſuum poteſtativa manu

Udalscalcum super aram S. Pancratii pro remedio anime sue parentumque suorum tradidit V. denariis singulis annis persolvendum se, & si uno vel secundo, vel tertio anno dare neglexerit & non emendaverit, cottidiani reus erit servitii. H. r. t. s. *Eberhardus de Prunow, & filius Poponis adhuc iuvenculus*, & ceteri &c.

NUM. CLII. circa An. 1090.

Quedam nobilis mulier nomine Hinzila infirmitati dedita devovit se Deo offerendam ad servitium S. Pancratii, quod & fecit tradens se libera manu in manum *Michardi de Ernstigin* nobilis viri ad censum V. denariorum tradendam super altare S. Pancratii. Hoc perfecit Michardus in natale ipsius Martiris presente comite Sigehardo tempore Ducis Welfi prioris. H. r. t. s. *Ditricus de Choching. Isingrim. Engen. Gerhoh & Perhtolt fratres Ambo de Tarstorf. Wichart de Stetpuch. Ence de Etnow.*

NUM. CLIII. circa An. 1112.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quidam regni ministerialis nomine *Chadelhoh* propriam filiam suam & ancillam super altare S. Pancratii delegaverit ea scilicet conditione ut singulis annis ad predictum altare V. numos persolvat. H. r. t. s. *Pertholt de Owa. Chuno de Rora. Germunt de Wenigne. Reginperht de Enchina*, & alii &c.

NUM. CLIV. circa An. 1140.

Omnes filii veritatis presentis & future etatis hec facta noscant esse conscripta, ut obstruatur os loquentium iniqua. Ego frater Fridericus me meaque omnia tradens Deo & sanctis eius pro remedio anime mee & parentum meorum super altare S. Pancratii & Petri Apostoli hec novem mancipia de familia potestative manu tradidi Hezalam &c. Hos omnes delegavi ad legem V. denario-

nariorum cum omni posteritate eorum, quem censum singuli singulis persolvere debent annis. Quod si obmiserint in uno emendent in II. si in tertio temere supersederint, proprii servi huius Ecclesie habendi sunt. Omnibus Christi fidelibus notum esse volumus, quod quidam Waltherus nomine tradidit predium in Haselpach per manum Raffoldi de Blanchenpach pretio quinque talentorum. H. r. t. s. *Hebhardus de Prunowe. Raffoldus de Blanchenbach. Wolfrimus & Chuno de Apheltal. Reinbertus de Henchena. Fridericus de Pastparge. Wernhardus frater eius Leupoldus de Brune.*

NUM. CLV. circa An. 1140.

Notum esse volumus cunctis christiane professionis, qualiter quidam censualis Ecclesie S. Pancratii Martiris delegavit potestativa manu super altare eiusdem Ecclesie predium, quod habuit in pago Puobenhoven pro remedio anime sue fratris Friderici ceterorumque parentum suorum. H. r. t. s. *Eberhardus de Prunowe. Hoto de Raitenpach, & Raffoldus frater eius de Blanckpach. Wichardus de Grigelbuch. Ulricus & filius eius Eberhardus de Lampach. Opertus de Haselpach. Menhart frater eius Rapoto de Tale. Reimpert de Lache. Hilsinch de Haselspach*, & alii &c.

NUM. CLVI. circa An. 1130.

Noverit tam futura quam presens etas, quod Heinricus Dux Bawarie tradidit ad aram S. Pancratii Martiris locum pomario fratrum contiguum per descensum clivi, usque ad rivum & quantum latitudo pomarii extenditur pro remedio anime sue, suorumque parentum. H. r. t. s. *comes Luitoldus de Plaien. comes Fridericus de Hohenpurch. Werinhart de Fulbach. Adelpero de Stritperch ministeriales regni. Otto de Raitenpouch, & frater eius Raffolt. Eberhart, & filius Eberhard de Bruonowe. Engilscalch de Urahe. Popo de Grunenpurch. Adelprolt de Minnenpach*, & ceteri &c.

NUM. CLVII. circa An. 1182.

Noverit universalis Ecclesia, quod presentis pagine bajoli a domino Dieterico quondam Halgravio pro servitio impetiti a Domino *Luitoldo* tunc temporis *Ranshovensi* preposito in ea forma sunt liberati. Dominus quippe pie recordationis *Otto*, quondam palatinus, tunc temporis *Dux Bavarie* & eiusdem loci advocatus, a prefato preposito super gravamine sibi in suis illato per querimoniam est conventus: unde sicut sibi ex sententia iusticia dictavit prefatum *Dietricum* legitimis scitationibus quid iuris in eisdem profiteretur, respondere postulavit. At ille se Salzburga contestatus est habere. Cumque neque Salzburgam neque eiusdem loci Archiepiscopum exhiberet *Justitia curie sue dictante*, eos sue advocatie & servituti S. Pancratii ad censum V. denariorum addixit. H. r. t. s. qui interfuerunt *Heinricus Purgravius. Otto Lantgravius. Heinricus de Stuof. Chunradus de Dornberch. Erchenbertus de Hagnowe. Gebhardus de Julbake. Heinricus de Stainhaim. Otto de Rore. Fridericus de Prunowe, & fratres sui Eberhardus & Chunradus. Wormundus de Cierberhe. Engelschalcus de Urah & fratres sui Otto & Eppo Luitdoldus de Owe, & filius suus Chalhe de Chierberc*, & alii quorum nomina hic panca inscripsimus.

NUM. CLVIII. circa An. 1180.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Roudegerus de Imineſtorf filius Irmfridi de Galcharn* tradidit mancipium super aram S. Pancratii in Ranshoven. Ekkehardum nomine per manum *Gebehardi de Haslberch*. H. r. t. s. *Chunradus de Planchenbach, & filius eius Heinricus &c.*

NUM. CLIX. circa An. 1190.

Notum sit cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quod quidam nobilis homo *Minister regni Hartmannus* nomine *de Radistorf* potestativa manu nulla contradictione tradidit predia

dia ſua S. Pancratio in Ranshoven fratribus Deo ibidem ſervientibus cum mancipiis ſuis que in proprietate tenuit ex hereditate videlicet Raiſtorf & Euchſteten. T. ſ. *Alramus de Uttendorf. Fridericus de Prunowe & fratres ſui. Eberhardus de Purchſteten. Chunradus de Blanchenbach. Eberhardus & frater ſuus Alrammus de Helphowe. Perhtoldus & Siboto de Chriegelhouch. Fridericus Magiſter Foreſte. Marguardus prepoſitus & ceteri.*

NUM. CLX. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ex inſtitutione matris Adelheidis Wernhardus & ſoror eius Bertha de Burchſteten tradiderunt predium Studache ſuper aram S. Pancratii in Ranshoven. H. r. t. ſ. *Pabo de Erringen. Otto de Rore. Engelſcalcus de Urache. Fridericus & frater ſuus Chunradus, & Eberhardus de Prunowe. Alhardus & frater ſuus Haertwicus de Hutte. Heinricus de Geheningen. Otto de Steueningen & frater ſuus Chuno. Otto de Eiterpach. Regenmarus de Burchuſen. Chuno de Blanchenbach. Hainricus de Berhoubingen. Engelpertus de Geroltesberge. Gebchardus de Niuvarn. Ulricus de Rore. Heinricus de Purchuſen advocatus*, & alii.

NUM. CLXI. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Dominus Otto de Rore* tradidit predium ſuum Gewintlingen ſuper altare S. Pancratii Mart. Ranshoven. H. r. t. ſ. *Fridericus & frater ſuus Chunradus de Prunowe. Chunradus de Blanchenbach. Alhardus & frater ſuus Haertwicus de Hutte. Heinricus de Gerbubingen. Poppo de Rore. Pero de Scoetingen. Eberhardus de Witegorute. Ulricus de Gouchesheimen. Megengoz de Apheltal.* Noverint omnes & qui modo ſunt vel poſtea futuri ſunt, quod *Domina Chunegundis de Rore* delegavit predium ſuum in Wigelinſtorf ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven. T. ſ. *Eberhardus de Purchſteten. Laipoldus de Frenchingen.*

Num.

NUM. CLXII. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Gotefridus quondam prepoſitus Ducis in Otingen cum ſe ad domum S. Pancratii ſub regulari vita victurum transtuliſſet; adduxit ſimul nepotes ſuos Fridericum & Adelheidem ſub eadem regula enutriendos, quos & nos in fraternitatis conſortium recepimus. Ipſe vero pro remedio anime ſue, & ad ſubſidium eorundem nepotum ſuorum communi utilitati contulit pecuniam: cuius partem ſub felicis memorie domino Adelhardo dudum obtulerat; cuius ſumma de veteri & nova moneta computatur ad LXIV. talenta. Notum ſit omnibus, quod *Ortolfus de Chunholſtorf* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris Ranshovens. propriam famulam Trutam nomine ad cenſum V. denariorum. H. r. t. f. *Engilbertus de Geroltsberge. Albertus de Sul. Hainrich de Richoherſtorf.* Notificamus omnibus Eccleſie filiis qualiter Haimo gener Vochonis rogatu ipſius, dum in extremis laboraret tradidit partem predii ſui, quod Hannegebel habuit ſuper aram S. Pancratii Martiris & fratribus illic Deo ſervientibus - & aliam partem in uſus pauperum in Hoſpitali huic contiguum. T. f. *Chunradus de Blanchenbach. Germanus camerarius Marchwardus prepoſitus. Heinricus de Studen. Hartwicus de Roſſebach.*

NUM. CLXIII. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus, qui conſentur vocabulo Chriſtiano, quod *Sophia Comitiſſa de Purchuſen* delegavit ſuper altare S. Pancratii & ſuper altare S. Gertrudis, & ſuper altare S. Auguſtini Adelheit & quinque pueros eius & ſi quod adhuc genuerit ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum. H. d. T. f. *Chuno. Purchardus. Engelbertus. Heinricus miniſteriales Comitiſſe.* Noverit omnis, qui cenſetur vocabulo chriſtiano, quod *Liukardis de Uberachen* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris Sibotonem & Hainricum

ricum ad cenſum V. denariorum. H. r. t. ſ. *Chunradus de Prunowe. Haertwicus de Hoberch*, & alii.

NUM. CLXIV. circa An. 1190.

Scriptis mandare curamus qualiter *Siboto de Mermos* dum filiam ſuam Adelheidem regulari diſciplina enutriendam in domo S. Pancratii tradidiſſet, S. Marie Virgini duo mancipia ſimul Ulricum & Gotefridum poteſtativa manu tradidit ſuper altare eiusdem Martiris in proprietatem, & ad ſerviendum Deo, & fratribus illic Deo militantibus. T. ſ. *Siboto & Geroldus & Hainricus de Mermos. Chunradus de Tarſtorf*, & alii.

NUM. CLXV. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus S. Eccleſie filiis, quod quedam libera mulier nomine Adelhaidis volens eſſe ſub defenſione & tuitione regni tradidit ſe ipſam cum duobus liberis ſuis filio & filia ſuper altare S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. H. r. t. ſ. *Altmannus de Elinſtorf & filii eius duo Arbo & Altrammus, Ortliebus de Sibreſtorf*, & alii.

NUM. CLXVI. circa An. 1215.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus qualiter domina Mehthildis filia domini *Altrammi de Uberachin* ipſa & filii eius *Ulricus & Wernhardus*, qui delegavit, *Rudigerus & Hartwicus* fratres illorum, & filia eius Diemoudis poteſtativa manu tradiderunt *Chunradum de Ubirachin* S. Pancratio Martiri in Ranshoven in proprietatem, delegantes eum ſuper altare S. Petri in Rore, que eſt capella Eccleſie S. Pancratii preſente Wichardo prepoſito & aliis quam pluribus. T. ſ. *Ulricus prepoſitus Domini Ottonis. Heinricus Pechſtein, Pingerus frater eius*, & alii quam plures qui illic aderant. Actum eſt in preſentia Domine Chunigundis. &c.

NUM. CLXVII. circa An. 1200.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter quidam miles strenuus *Chouno* nomine *de Neueningwin* habens uxorem *nobilem Perhtam* nomine nepotem *domini Alberti de Hutta*, qui factus est ex milite Monachus, filiam vero *domini Eberhardi de Hamberge* Strenui militis, eius inquam assensu & petitione tradidit post mortem prefate uxoris sue sancto Pancratio Martiri in Ranshoven, & delegavit super altare ipsius Martiris tale predium, quale habebant in Hage, quod ipsa eidem viro suo tradiderat in donationem propter nuptias potestativa manu presentibus fratribus prefate uxoris sue *Alberto & Wichardo de Purchsteten.* Testes sunt ipse, qui tradidit predium Chuno. *Chunradus de Prunouwe Albertus de Purcsteten, & Gotscalcus procurator eius Rapoto de Ranshoven.*

NUM. CLXVIII. circa An. 1215.

Notum volumus esse cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. Qualiter quidam miles strenuus ministerialis regni *Engelscalcus* nomine *de Ratenbach*, cum infirmitate quadam laboraret eternam cupiens mercedem, in omne predium suum, quod habebat sanctum Pancratium Martirem in Ranshoven elegit heredem: tradens prefato martiri, & eidem loco omne patrimonium suum per manus cuiusdam nobilis viri *Ratoldi de Perge*, qui libere conditionis homo potestativa manu predictum predium delegavit quia ad ipsum hec delegatio pertinebat. Aderant ibi fratres ipsius Engelscalci strenui militis *Adalrammus & Chunradus*, qui sepe predicto predio abrenuntiantes traditioni consensum prebuerunt, & testes existunt. Et hec sunt nomina locorum: curtis villica in oœnberge. Predium in Rute. Predium in Leruenperge. Predium in Oderating, & VIII. mancipia. Et hi sunt testes. *Ratoldus nobilis*

nobilis de Perge delegator, id eſt Salman predii. Adelrammus & Chunradus fratres Engelſcalci, Chunrad de Prunowe Avunculus eorum & miles eius Wichardus & miles Ratoldi Pertholdus & Purchardus; & milites de Ratenbach. Fridericus de Rintpach. Waltherus & Rudegerus & ſervientes prepoſiti Wichardi, qui recepit predium & alii quam plures. Eodem die ſub eisdem teſtibus per manus eiusdem delegatoris, mater eiusdem Engelſalci tradidit eidem ſancto Pancratio martiri & eidem loco Ranshovan tale predium quale habuit in oderating. Eadem die ſub eisdem teſtibus per eundem *Salmanum Ratoldum* virum nobilem tradidit eidem beato Pancratio martiri *Chunradus de Retenpach* miniſterialis regni predium, quod habebat in Pramberch pro remedio anime ſue. Idem Chunradus cum infirmitate gravi laboraret cum inſtanti peticione hoc obtinuit, ut haberet canoniam & manſionem apud nos & ſtipendium trium panum, quorum duo exhiberentur de clauſtro, unus de Hoſpitali, & potus & cibaria in loco fratrum.

NUM. CLXIX. circa An. 1215.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Richkart de Fuhten* libera manu tradidit ſe ſuper aram ſancti Pancratii martiris in Ranshoven ad cenſum V. denariorum; teſtes ſunt, *Engelpertus de Geroltſperge. Timo de Ranshoven Sifridus de Wenge. Fridericus & Chunradus de Fuhten.* Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, Qualiter quidam *Warmundus de Retenpach* miles ſtrenuus miniſterialis regni tradidit beato Pancratio martiri in Ranshoven tale predium quale habebat in Pramberch pro remedio anime ſue, ibi enim & ſepultus eſt.

NUM. CLXX. circa An. 1215.

Notum eſſe volumus, quod Wernhart de Goſſendorf, & Wernhard de Uziling & Herwort de Wancheim & mulier ſua

Recza, & Mathildis ſoror eius & filius eius Pertoldus iſti homines predicti annuente domino eorum domino *Wernhardo de Hagen* inpignoraverunt nobis predium in Nanzing pro X. talentis, ſi lis inſurgeret de predio, quod emimus in Wurvanhc & omnia illuc pertinentia. Huius rei Teſtes ſunt *dominus Chunradus de Prunowe. Dominus Hainricus de Gosheim. Dominus Hartnidus de Hagenowe. Albertus de Nanzing. Rapoto de Witenhuſen*, & alii plures. Notum ſit, quod Waltherus & filius eius abdicaverunt predium *Wolvrimi de Aſenheim.* H. r. t. ſ. *Alhardus de Rote, & filius eius Wichardus ipſe Waltherus, & filius eius Chunradus;* & alii. Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter dominus Pubo miniſterialis Ducis inpignoravit Methildem & pueros eius cum predio quod habebat in Ubrechen. H. r. t. ſ. *Sifridus de Wenge*, & alii.

NUM. CLXXI. circa An. 1215.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quod *Dominus Poppo de Geltovinge* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven hos famulos & famulas in proprietatem. Heinricum &c. H. r. t. ſ. *Chunradus de Prunowe. Eberhardus frater ſuus. Pubo de Lozenkirchen, & Heinricus filius ſuus Wichardus de Purchſteten. Hainricus de Gouchesheim. Leo de Tuntinge. Heinricus de Eccleſia S. Petri. Fridericus Forſtmeiſter. Gotſcalcus Prepoſitus. Otto de Hitzenowe. Ulricus de Prunowe. Gumpolt de Rute*, & alii.

NUM. CLXXII. circa An. 1215.

In Chriſti nomine notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam nobilis matrona Irmgardis dicta habens duas filias virgines, quas Chriſto deſponſare cupiebat, adduxit eas ad locum Ranshoven, ubi religio vigebat, & eas communi vite aſſocians ſimul cum iis curtem unam in Pazenswanch ſuper altare S. Pancratii

eratii tradidit in proprium per manus *Domini Chunradi de Prunowe*, qui eſt miniſterialis regni, ad quem eadem traditio rite pervenerat. T. ſ. *Adelramus nobilis de Utendorf. Otto Iunior de Rore. Everhardus & Chunradus fratres de Prunowe. Wernherus & iterum Wernheras de Purchuſen*, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus quod quedam Alheidis cum eſſet libera ſe cum pueris ſuis S. Pancratio in Ranshoven ſub penſione quinque denariorum cenſus ancillavit. H. r. t. ſ. *Helmbertus ſacerdos. Chunradus de Prunowe. Chunradus de Retenbach. Pubo de Lochenchirchen. Eberhardus de Prunowe*, & alii.

NUM. CLXXIII. circa An. 1215.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam miles *Dominus Hartwicus de Hage* tradidit S. Pancratio Martiri in Ranshoven unum mancipium Wiradis nomine ea conditione, quod ipſa perſolvit ſibi talentum & quod ſoluta ſit ab ipſo & ab omni poſteritate ſua. T. ſ. *Ortolfus de Perchaim. Dietmarus de Purchuſen*, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quedam *Alheidis de Eringen* cum eſſet libera ſe cum pueris ſuis S. Pancratio in Ranshoven ſub penſione V. denariorum cenſus ancillavit. H. r. t. ſ. *Albertus & Heinricus ſacerdotes, & Ulricus de Prunowe frater mulieris prefate*, & alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Chunradus & Hainricus poteſtativa manu tradidit Arbonem, qui proprius illorum erat ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. T. ſ. *Ulricus de Emratingen. Fridericus in der Wiſe. Hainricus in der Wiſe. Hainricus de Askahe. Gerhoh de Velkirchen. Ulricus frater ſuus. Hainricus de Askahe*, & alii. Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, qualiter *Perhtoldus Stichilo* cum ſe ſubiugavit regule S. Auguſtini tradidit predium ſuum per manum Friderici Judicis ſuper aram S. Pancratii Martiris in

quod habebat in Pramberge, usa fructu in predio nostro quod habebamus in Oderating tempore vite sue, quod dudum tradiderat *mater eius Alheidis & frater eius Engelscalcus*, per manum sepe dicti Ratoldi ad quem delegatio pertinebat. Tradidit & aliud predium in Riute & recepit predium nimirum in Lervenberge tradendum super altare S. Margarithe in Raitenpach ad luminaria: tradidit idem *Alramus* predium, quod habebat in Rintbach super altare S. Marie in Capella nostra: hec omnia facta sunt eadem die sub eisdem testibus.

NUM. CLXXVIII. circa An. 1220.

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, qualiter *Domina Adelheidis vidua de Hagenowe* nobilis femina defuncto marito suo *Werenhardo nobili viro* ad remedium anime sue parentumque suorum tradidit super altare S. Pancratii potestativa manu partem predii in Ludolvingen, quod in proprium tenebat: tradita primitus in obitu *Domini Erchenberti de Hagenowe* reliquam eiusdem predii partem tradidit & Leukardam faminam, que illud idem predium possidebat cum liberis suis. H. r. t. s. *Wernherus de Purchusen. Rudolfus de Waldeke. Alramus de Ratenpach. Heinricus de Rore. Fridericus Phnurro. Ulricus & Heinricus fratres de Gouchsheim. Eberhardus & filius suus Chunradus de Neuphrn. Chunradus de Ehingen. Heinricus de Forstaren. Heinricus de Prunowe*, & alii.

NUM. CLXXIX. circa An. 1215.

Uxorem *Engelmari de Uberechen*, Perhtam nomine delegavit *Dominus Pubo de Lozzenchirchen* cum filiis & filiabus suis: super altare S. Pancratii Martiris tali conditione, quod si voluntas huius delegationis apud Dominum Ducem appositio sigillo suo obtineri posset, censum persolverent. Sin autem solvi deberent cum predio in Uberch cum X. solidis Pataviens. monete. T. s. *Dominus*

Chun-

Chunradus & Pruno, & Dominus Wicherus de Huita. Ulricus de Prunowe, & quidam Valei.

NUM. CLXXX. circa An. 1215.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Hainricus de Mexmouſe* tradidit S. Pancratio in Ranshoven Mahthildem & filiam eius Mathildem & pueros eorum ad cenſum V. denariorum. T. ſ. ipſe *Hainricus & avunculus ſuus, Chunradus de Prunowe. Rudpertus de Foro*, & alii. Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter duo milites ex familia *Ducis Bawarie Gebhardus videlicet, & frater eius Hertwicus de Dachsberge* poteſtativa manu tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven, duo mancipia, cum omni ſua poſteritate ad cenſum V. denariorum perſolvendum. T. h. trad. ſ. *Otto de Frenching. Rapoto & Chunradus de Vilmouſpach*, & alii. Notum eſſe volumus cunctis fidelibus, qualiter *Heinricus de Chrigelbuch* ſe abſolverit de proprietario ſervitio *Domini Rudegeri de Chnucher* & ſe tradidit ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum; delegatione facta per manum *Domini Ottonis iudicis de Planchenpach.* Hoc teſtantur *Dominus Otto de Planchenpach, & Chunradus de Mitterndorf.*

NUM. CLXXXI. circa An. 1215.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Wichardus Prepoſitus & totus Conventus in Ranshoven firmiter conpromiſimus in manus *Domini Pubonis de Lozenchirchen, & Domine Gertrudis uxoris eius & Chunradi filii eorum* ut quecunque Perſona ex illis usque ad uxorem *Chunradi*, hoc a nobis poſtulaverit; talem prebendam in cibo & potu apud nos habere debeat, qualis datur uni ſacerdoti: & hoc factum eſt ea die, qua ipſi tradiderunt Eccleſie poteſtativa manu tale predium quale ipſi habebant in Uberechen, cultum & incultum, queſitum & inquirendum ſimul cum hominibus ad

idem predium pertinentibus. T. ſ. qui cum eis aderant Pernhardus, Presbiter & plebanus eorum *Fridericus miles & Prepoſitus de Aheim. Rudolfus de Prukla & ſororius eius Hertvvicus. Ulſalcus de Aheim. Ulſalcus & Liebardus de Lozenchirchen*: factum eſt hoc in preſentia officialium Domini noſtri Ducis, qui & advocatus noſter, *Ulrici, de Frenching iudicis & Dietmari de Unchuſen Prepoſiti*, qui & teſtes donationis eorum ad nos & promiſſi noſtri ad ipſos ſunt: aderant & de familia Eccleſie quam multi. Ad hec inſinuamus, quod hanc traditionem prefati predii & hominum fecerunt ſuper altare S. Pancratii Martiris pro remedio animarum ſuarum, & omnium parentum ſuorum receptis tamen a nobis nonaginta talentis Ratisbonenſis monete, & prefata prebenda. Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Fridericus de Riſe & uxor eius Diemud* tradiderunt S. Pancratio Martiri in Ranshoven ancillam propriam Alheidem nomine cum filio Ottone ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quedam mulier *Mechtild de Reuffelſperch* & maritus, & filius eius Reutoldus tradiderunt tria mancipia ad altare S. Pancratii Alheidim ſcilicet & duas filias eius ſub cenſu V. denariorum. H. r. t. ſ. *Chunradus de Braunau miniſterialis Ducis &c.*

NUM. CLXXXII. circa An. 1225.

Pateat omnibus ſcire volentibus qualiter Dominus Fridericus ſenior Iudex tradidit Chunradum filium ſuum ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum per ſingulos annos perſolvendum & abſolvit Houbam Voruangen pro V. talentis obligatam pro remedio anime ſue & parentum ſuorum: precipue tamen pro redemptione ſignaculi S. Crucis & peregrinationis ad terram S. Ieroſolimorum quam obſtante Carnis imbecillitate peragere diffidebat. H. r. t. ſ. *Dominus Chunradus de Prunowe. Marquardus de Urwangen*, & alii. Notum ſit Chriſti fidelibus, quod Helmbertus

bertus preco tradidit beato Pancratio ad censum V. denariorum Diemundem & filiam eius Alheidem. H. r. t. s. *Fridericus de Ottendorf Gerpunch de Schuzing, & Heinricus filius eius. Wernhardus de Diezing. Leupoldus de Prunowe.*

NUM. CLXXXIII. circa An. 1225.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter *Gebehardus de Richstorf* recolens se quodamodo lesisse Ecclesiam nostram pro remedio anime sue parentumque suorum tradidit & in feodo conceſſit Chuonradum &c. ad censum V. denariorum persolvendos. H. r. t. s. *Ipse Gebehardus. Rudegerus de Gouhshaim. Hartwicus de Pubenhoven. Gebehardus iunior de Hagenau*, & alii. Notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus *Chunradus de Praunauwe* apud nos cum parentibus suis sepultus tradidit S. Pancratio Martiri predium in Salhe pro remedio anime sue parentumque suorum, ubi & anime patris sui traditionem fecerit quorundam prediorum pro remediis animarum suarum. Eodem die quidam miles *Ebo de Awia* qui etiam apud ipsum Chunradum in uno iacet tumulo sepultus tradidit S. Pancratio Martiri quoddam predium in Wintpozingen, & ante quoddam predium tradiderat pro remedio anime sue & filii sui qui etiam apud nos iacet sepultus, & hec fecit pro remedio anime sue parentumque suorum. Ipso die aderant multi nobiles: *Pabo comes de Lewenberch & vassali sui. Pabo de Hoheltingen & Chunradus de Switstorf & Wernhardus Iussarius, & Dominus Fridericus de Praunauwe & Gerardus de Dacchberch & Wernhardus de Uberachin, multique alii.*

NUM. CLXXXIV. circa An. 1225.

Qualiter *Bernhardus de Meinhartingen* pro remedio anime uxoris sue G. - - que apud nos iacet sepulta quoddam predium in Sparr & ipse Wernhardus tenebatur Ecclesie pro II. talentis pro reme-

dio fratris ipſius *Gerhardi* contulit Eccleſie & S. Pancratio Martiri. Preſentes aderant Dominus *Wernhardus de Utendorf & frater ipſius Wernhardus*, *Karolus & Gerhardus de Dachsſperch*, & alii.

EXPLICIT IN DEI NOMINE FELICITER AMEN.

Formula Profeſſionis ſacræ ex Seculo XII.

Ego N. offerens trado me ipſum, cum his oblationibus, ad ſervitium huic Eccleſie & altari S. Marie, ſanctique Pancratii Martiris, & promitto Deo omnipotenti in preſentia cleri & populi, me a modo hic victurum ad finem vite mee ſecundum regulam canonicorum & beati Auguſtini ſine proprietate pro noſſe & poſſe meo. Promitto & ſtabilitatem huic loco donec neceſſaria anime & corpori ullo modo habere potero, nec alicuius levitatis inſtinctu vel quaſi diſtrictioris religionis obtentu hunc habitum mutabo vel hoc clauſtrum exibo. Promitto etiam ſtabilitatem huic loco, & promitto quoque obedientiam Domino Prepoſito N. & omnibus prefate noſtre Eccleſie prelatis, quos ſanior pars noſtre congregationis canonice elegerit. Ut a Domino centupulum recipiam, vitam eternam, Amen.

Diplo-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

NUM. I. Fundatio Eccleſiæ Ranshofanæ. circa Ann. 898.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus ſancte Dei Eccleſie fidelibus tam preſentibus, quam futuris qualiter nos pro eterne ſalutis adipiſcenda mercede, nec non per ſupplicationem Wichindi venerab: Epiſcopi, cuidam fideli ac religioſo preſpitero, cui nomen *Ellenprecht* tales res, quales hactenus in beneficium in Rantersdorff muneris noſtri largitate tenebat; id eſt capellam, quam nos ibi in honorem Chriſti & ſancti Pancratii a fundamentis conſtruximus, doteque oportuna & ornatu eccleſiaſtico accumulavimus; cum omnibus que modo per preceptum noſtrum illuc collata ſunt, vel in futuro per Dei gratiam collata erunt: integraliter ad proprium diebus vite ſue conceſſimus; cum curtilibus & edificiis, famulis, & utriusque ſexus mancipiis, vineis & vinitoribus, cenſibus, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, cum foreſto ad Honhart, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis exitibus & redditibus, terris cultis & incultis, queſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus univerſisque appendiciis & adiacentiis ſuis. Juſſimus quidem hoc preſens noſtre auctoritatis preceptum inde conſcribi; per quod decernimus atque jubemus, ut prenominatus honorabilis preſpiter ipſam capellam in Rantersdorff conſiſtentem cum pertinenciis ſuis omni tempore vite ſue ſub uſu fructuario teneat, habeat, atque poſſideat absque ullius perſone offendiculo. Ea videlicet ratione, ut eadem capella cum univerſa integritate ſua poſt obitum ipſius ad ſanctum Philippum Apoſtolum; cuius ſacratiſſimum membrum in

villa Otinga venerabiliter humatum est; in memoriam patris nostri Carlomani regis, qui ibidem corporaliter requiescit reconditus; nec non pro remedio anime nostre convertatur. Ita ut sub jure ottingensis Ecclesie perenniter consistat, provisorumque illius, Et ut hoc preceptum melius credatur diligentiusque nemine irrumpente in perpetuum conservetur manu nostra subtus id roborantes anulo nostro jussimus insigniri. Signum Domini Arnolfi Imperatoris Augusti. Engelpero Notarius ad vicem Diotmari Archi - Capellani recognovi. Data sunt hec anno Domini DCCCXCVIII. XVI. Kal. Nov. Indictione II. anno XI. Regni Arnolfi Regis, Imperii autem eius III. Actum ad Regina civitate in Dei nomine feliciter, Amen.

NUM. II. Arnolfi Imp. donatio Ranshofensi capellæ facta Ann. 899.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Arnolfus divina favente Clementia Imperator Augustus. Si igitur locis Deo *dicatis* oportuna exhibuerimus suffragia, mansura nobis a Deo remuneratore impertiri liquido credimus gaudia. Id circo cunctorum christiane religionis, presentis scilicet temporis & futuri, noverit sagacitas fidelium, qualiter nos divino compuncti amore, intercedentibus quoque Wichingo Vener. Episcopo & *Isengrimo illustri comite ministerialique* nostro, ad capellam quam in loco Ranshoven Domino & sancto Pancratio martiri suo a fundamentis construximus de terra jugera duo prope curten, in qua eadem constructa cernitur Ecclesia, orientali parte extra parietem coniacentia, ad comoditatem ipsius loci & servorum Dei ibidem divina persolvencium officia perpetuo jure ad proprium concessimus. Similiter etiam molendinum unum attenus ad opus nostrum pertinens, in ripa fontis de Pruele parietibus circumsepto decurrentis constructum, & in foresto adiacenti videlicet in *Wilhart* succisionem

nem lingnorum; tam ad edificia conſtruenda quamque ad focum nutriendum prout ipſi loco ſufficere videtur. Et de feno ſecundo ad carradas viginti. Idemque in altero foreſto *Honhart*, & mutuoque ſaginacionem porcorum absque ulla diſtrictione proviſorum eidem contulimus Eccleſie pro remedio parentum noſtrorum & anime noſtre liberatione. Et juſſimus hoc preſens largitionis noſtre preceptum inde conſcribi, per quod decernimus atque omnino precipimus, ut hec donatio noſtra ſtabilis noſtris futurisque temporibus nullo inquietante, ſed Deo oppitulante perſeveret; quatenus divina laus & noſtre orationis inſtantia nunc & in perpetuum augmentetur, atque inceſſabiliter frequentetur illic. Et ut hec auctoritas noſtra firmiorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem in eternum, manu noſtra ſubter eam roborantes Anuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari. Signum domini Arnulfi Imperatoris. Engelpero notarius ad vicem Wichingi Epiſcopi recognovi. Data non: Febr. anno Domini DCCCXCVIIII. Indictione II. anno XII. Arnolfi Regis. Imperii autem eius III. Actum in Regeneſpurch in Dei nomine feliciter amen.

Not. Sigill. idem fere eſt quod Monum. Boicor. Vol. I. Sigill. Tab. I. exhibuimus.

NUM. III. Heinricus IV. donat S. Pancratio decimas in Ranshofen. Anno 1040.

In nomine S. & individue Trinitatis Heinricus divina favente clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris, quam preſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ſuper altare S. Pancratii in Parochia, que dicitur Ranshoven, omnem decimationem ipſius predii tam de incultis, quam de cultis agris, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, venationibus, piſcationibus queſitis & inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde proveuire poteſt in proprium dedimus atque tradidimus: ea ſcilicet ratione

tione ut servitium a clericis ibidem manentibus cotidie stabiliter permaneat. Hec traditio facta est in conspectu *Heinrici, cui Ducatum ipsius regni dedimus*, & Archiepiscopi Salzburgensis Ecclesie Ditmari; Niceni Laodicens. Episcopi & Perngeri Pataviens Episcopi. Si autem predictus Dux, aut aliquis successorum suorum hanc traditionem irritam fecerit, nostri nostrorumque successorum Regum sive Imperatorum iuris sit defendere, & regia potestate retorquere. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa permaneat omni evo, hanc cartam inde iussimus conscribi & nostri sigilli munimine insigniri. Signum D. Heinrici Regis invictissimi. Theodoricus Cancellarius vice Partonis Archicapellani recognovi. Data V. Id Ianuar. Ind. VIII. An. D. Inc. MXL. Anno autem D. Heinrici ordin. XII. Regni An. primo. Act. Ratisb. feliciter Amen.

NUM. IV. Privilegium Heinrici III. Imp. de A. 1040.

In nomine sancte & individue Trinitatis Heinricus divina favente Clementia Rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris, quam presentibus notum esse volumus, qualiter soluimus decimationes S. Pancratii in Parochia Ranshoven cum pertinentiis que iacent infra terminos istos: de Flurnespach usque in Grabense, deinde super montem, qui dicitur Honnsperch, usque ad flumen quod dicitur Mulepach. Deinde Puchperch usque ad lapidem, qui dicitur Wartstain, dein ad locum, qui dicitur Durthfere usque Makkingen. Insuper tradidi predia que sunt infra istos terminos. Saltzburch ad solvendas rursus decimationis S. Pancratii Ranshovii de Routhohesperich usque ad flumen, quod dicitur Ogete. Dein Liuterbach usque Riute. Similiter quoque soluimus decimationes de loco, qui dicitur Otingen. Solventes itaque omnem decimationem in loco, qui vocatur Ranshoven ipsum predium, omnesque decimas predii eius-

dem

dem tam de incultis, quam de cultis; agris videlicet pratis, pascis, campis, silvis, venationibus, piscationibus, quesitis, & inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire potest, super altare S. Pancratii in proprium dedimus, atque manu propria tradidimus: ea scilicet ratione ut Dei servitium a clericis ibidem manentibus cotidie stabilitum permaneat. Hec solutio decimarum facta est, & traditio earundem decimationum in conspectu Heinrici, cui ducatum ipsius regni detulimus, & Archiepiscopi Saltzburgensis Ecclesie Ditmari & Nicenii Laodicensis Ecclesie Episcopi, & Perngeri Pataviens. Episcopi. Terminum quoque Parochie inposuimus, hos eidem S. Pancratii Ecclesie Parochiales terminos statuentes, cum predictis Episcopis scilicet Ditmaro Archiepiscopo Saltzburgens. Ecclesie, & Perngero Pataviens. Episcopo, & Niceno Laodicens. Ecclesie Episcopo cum aliis XIII. Episcopis, incipientes de Etmawe usque ad Grizensewen, & Greben, & Pirenpach, Rantwigezprunne quoque; inde ad Iden, Ritperch quoque Fiwersengen Adelperin & Perchstain. Rethinge quoque & Hilven. Zangaren quoque per ferinam semitam. Capelle S. Georii Martiris, deinde Swarzgreben, & usque Auwerpach, deinde per Albrethsperch, deinde per Pouthchirchen, deinde in flumen Maeticha. Si autem predictum decimationum concambium sive traditionem, aut terminorum Parochialium diffinitionem prefatus dux aut aliquis successorum suorum, seu Episcoporum quilibet irritum ducere temptaverit, nisi resipuerit, nostri nostrorumque successorum regum, sive Imperatorum iuris sit defendere, & regia potestate retorquere. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis, & inconvulsa omni permaneat evo hanc chartam inde fecimus conscribi & nostri sigilli munimine insigniri. S.D.Heinr. regis invict. Theodoricus Cancell. Vice Bardonis Archicap. rec. Data XV. Kal. Febr. Ind. VIII. An. D. Inc. MXL. A. autem D. Heinrici Ord. XII. regni An. I. Act. Ratisbone feliciter Amen.

NUM. V. Donatio Heinrici nigri Bajoar. Ducis. Anno 1125.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti & noſtris tam futuris quam preſentibus, quod ego *Heinricus* favente clementia Chriſti *Dux Bavariorum* tradidi ad altare S. Pancratii Martiris invictiſſimi, cooperante & conſentiente *Wlfhilda coniuge* noſtra in pago Raneshoven omnes decimationes tam de nemore Willeharth, quam de agris cultis & incolendis, ubique in finibus & in Parochia hac exquirendis; nec non predia Hantinperch, & Enchenaha Eccleſia cum omnibus appendiciis eius, Prounouge cum omni familia, Duorenperch ultra danubium, manſum unum de Erlaha in Beneficium cum familia de Itingen manſum unum in beneficio; dimidium manſum de Pipurch in beneficium, traditione Raffoldi Prepoſiti, dimidium manſum in ſuccidio, dimidium manſum in Kriechreine, molendinum ad Oſterberc, pratum in Enchenaowe, nec non mancipia in proprietate vel in beneficio a me, vel a Prepoſito ſive Camerario hactenus retenta, in uſum fratrum Chriſto famulantium ſub regula S. Auguſtini. Si quis vero, quod non optamus, futuris temporibus contra huius pagine noſtre auctoritatem venire temptaverit, vel de ſupra dictis rebus aliquid invadere, vel alienare preſumpſerit, noverit ſe eterni cruciatus pena multandum, atque pro admiſſo ſacrilegio in Cameram regis vel Imperatoris LX. *mancirſios* aureos perſolvat. Ego Berenhardus ſcripſi. Actum Raneshuoven anno MCXXV. Indictione III. preſente *Ottone Palatino*, *Friderico Comite de Regennesbere Advocato*, *Regenberto de Hagenouge*, *Harinhardo filio eius*, *Harinhardo de Stouen*, *Wolftrigilo de Pourren*, *Oudalchalco de Maiſaha*, *Erchanberto de Moſebach*, *Warinhardo de Wgelbach*, *Adalperto de Geren*, *miniſterialibus Ducis*, *Hartungo de Iberache*, *Adelhardo de Hutte*, *Dietmaro de Ranſeshove*, *Eberhardo & fratre eius Uodal-*

rico

ploe, Berchtoldo & fratre eius Chuonone. Data Raneshoven in Palatio III. Kal. Auguſti per manum Berenhardi Notarii.

Appendet Sigillum Tab. I. num. 2.

NUM. VI. Privilegium Conradi III. Rom. Regis. A. 1142.

In nomine S. & individue Trinitatis. Chunradus divina faventę Clementia Romanorum Rex ſecundus. Quoniam divine providentie miſericordia ceteris mortalibus quodamodo ſupereminemus, oportet ut cuius precellimus munere, illi omnino pareamus in operatione. Eapropter omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam preſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, qualiter nos omnipotentis Dei cauſa, & ob regni noſtri firmam ſtabilitatem & anime noſtre noſtrorumque parentum perpetuam ſalutem, Eccleſiam in Ranshoven in honore S. Pancratii Martiris conſecratam a proavo noſtro Heinricǫ Imperatore Auguſto pie memorie fundatam & decimationibus ac ceteris bonis regalibus ab ipſo dotatam cum omnibus poſſeſſionibus ſuis queſitis, & adquirendis, terris videlicet cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, decimationibus, ſub regie defenſionis tuitione ſuſcepimus, omnesque poſſeſſiones cum decimis quas infra ſemitam ferinam ſive ferarum que vulgo dicitur Wiltſteich vel extra eadem Eccleſia poſſidet, & quidquid liberalitate Regum & Imperatorum ſeu donatione Ducum, aut ceterorum Principum, nec non elimoſinis pauperum ei collatum eſt, nos per preſentis privilegii auctoritatem eidem confirmamus, & corroboramus. Decernimus ergo ut nullus ſucceſſorum noſtrorum vel Regum vel Imperatorum Dux aut Marchio, ſeu alia quelibet perſona magna ſive parva huius confirmationis noſtre ſtatutum infringere preſumat; ſed prefata Eccleſia & fratres in ea Deo ſervientes, que iuris ſui ſunt libera poſſeſſione in perpetuum obtineant. Si quis autem, quod abſit hanc noſtram confirmationem ſive corroborationem infringere tem-

taverit L. libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam camere nostre, reliquam vero predicte Ecclesie persolvat. Ut autem hec ab omnibus credantur, & omni deinceps tempore inviolata conserventur, hanc inde cartam scribi & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, manuque propria ut infra apparet corroborantes, qui presentes aderant testes subter notari fecimus. Quorum nomina hec sunt. *Ebricho Wirzpurgens. Episcopus. Fridericus Dux Sweworum. Heinricus filius noster. Chunradus frater noster Traiectensis prepositus. Raboto comes de Amminberch. Petrus filius Regis danorum. Fridericus filius Palatini comitis Ottonis. Baltherus de Loubenhausen & frater eius Chunradus de Lare. Marquardus de Grounbach. Chunradus Bris. Heinricus Wolf. Pobbo de Ginnenburch. Burchardus de Meniga.*, & ceteri quam plures interfuerunt. Signum Domini Chunradi Romanorum Regis II. ego Arnoldus cancellarius vice Maguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi Anno Dominice incarnationis MCXLII. Iindict. IV. regnante Chunrado Romanorum Rege secundo Anno regni eius V. Datum apud Wirzburch in Christo feliciter Amen.

Sigillum Conradi III. vid. infra sigillorum Tab. I. N. 1.

NUM. VII. Bulla Eugenii III. de Anno 1147.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Manegoldo preposito Ranshovensis Ecclesie beati Pancratii Martiris, eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Adhoc universalis Ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus inpenditur, nisi ex karitatis radice procedens, a puritatis religione fuerit conservatus. Ea propter dilecti in Domino filii *Hainrici illustris* Bawarorum Ducis precibus inclinati vestris

iustis

iuſtis poſtulationibus clementer annuimus; & prefatam beati Pancratii Martiris Eccleſiam, in qua divino vacatis officio, ſub beati Petri Apoſtolorum Principis tutelam protectionemque ſuſcipimus, & apoſtolice ſedis privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum regulam beati Auguſtini in eodem loco noſcitur inſtitutus ibidem perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio porerit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam videlicet S. Michaelis cum Decima, & iure Parochiali; capellas Neunchirchen, Haentenberg, Gieroltzberg cum pertinentiis earum. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere preſumat. Porro Sacramenta eccleſiaſtica a dyoceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem Katholicus fuerit, & gratiam, atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, easque gratis, & absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin Catholicum quemcunque malueritis Antiſtitem adeatis, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepoſito vel ad alterius Eccleſie regimen tranſeunte, ſive tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Ad hec quoniam locus veſter ſic eſt inſtitutus, ut advocatus bonorum prefati Ducis in partibus illis eiusdem quoque loci ſit advocatus; prohibemus, ut nec ipſi, nec alicui ſubminiſtro eius liceat eundem locum iniuſtis

gravaminibus infestare, quod si fecerit: & secundo, se tertio commonitus non emendaverit, consilio & auxilio ipsius Ducis ipsa advocatia ab inutili auferatur, & alius idoneus loco eius substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva iustitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. salva sedis apostolice auctoritate, & dyocoesani Episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit; cundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit; potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & D. nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Datum Trecis per manum Guidonis S. R. Ecclesie Dyaconi Cardinalis & Cancellarii IV. Idus Aprilis. Indictione decima, incarnationis dominice, Anno MCXLVII. pontificatus vero Domini Eugenii III. Pape Anno tertio.

NUM. VIII. Bulla Adriani IV. P. M. An. 1157.

Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Megenhardo Preposito Ranshovensis Ecclesie beati Pangracii martiris,

martiris eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Regularem vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii Hainrici illustris Bawarie & Saxonie Ducis precibus inclinati vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatam Ecclesiam beati Pancracii martiris, in qua divino vacatis officio sub beati Petri Apostolorum Principis tutelam protectionemque suscipimus, & Apostolice sedis privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus qui secundum regulam beati Augustini eodem in loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia impresentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblacione fidelium, seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec duximus propriis exprimenda vocabulis. Ecclesiam videlicet S. Michaelis cum decima & iure parochiali. Capellas Neunchirchen. Hæntenberg. Geroltzberg, & capellam S. Stephani in Praunawe cum pertinenciis earum. Capellam Howerch cum pertinenciis suis in ea libertate, in qua frater noster Ewerhardus Salzburgensis Archiepiscopus vobis scripto proprio racionabiliter confirmavit, ut videlicet nullus in eis preter ipsum Archiepiscopum & Ecclesie vestre prepositum aliquid debeat ordinare. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Porro sacramenta Ecclesiastica a Dyocœsano suscipiatis Episcopo, siquidem Katholicus fuerit, & graciam atque communionem apostolice sedis habuerit, eaque gratis, & absque aliqua pravitate

vobis

vobis voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcunque ma-
lueritis adeatis antistem, qui nimirum nostra fultus auctoritate,
quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te &c. Adhæc quo-
niam locus vester sic est institutus, ut advocatus bonorum prefati
Ducis in partibus illis ejusdem quoque loci sit advocatus prohibe-
mus, ut nec ipsi nec alicui subministro ejus liceat eundem locum
injustis gravaminibus infestare, sed eum vice jam dicti Ducis,
sicut ipse instituit, & scripto suo firmavit, cum mancipiis, & pos-
sessionibus suis idem advocatus defendere, & tueri debet, eo
tenore, ut querimonias tam vestras, quam mancipiorum vestro-
rum audiat, & congruam justiciam faciat: paratam vero nullam a
vobis propter hoc exigat, sed tantum de horreo prefati Ducis
secundum antiquam institutionem tempore suo accipiat. Super
hoc etiam nullam potestatem disponendi in claustro vel Mancipiis
aut possessionibus vestris memoratus Dux eidem advocato conce-
dat. Sed ut loco suo vos protegat, & eternam retributionem
tantum inde requirat. Exactiones quoque super vos, *vel* super
mancipia vestra a quoquam fieri idem Dux penitus interdixit.
Nos quoque omnia hec vobis concedimus, & auctoritate apostо-
lica confirmamus. Si autem ipse advocatus contra hec venire
temptaverit, & secundo, ac tercio commonitus non emendaverit,
consilio, & auxilio prefati Ducis ipsa advocacia ab inutili auferа-
tur, & alius idoneus loco eius substituatur. Sepulturam quoque
&c. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem
&c. Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Rolandi S.
Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis, & Cancellarii IV. Kal.
Febr. Indictione VI. Incarnationis Dominice An. MCLVII. Pon-
tificatus vero Domini Adriani Pape IV. An. IV.

NUM.

NUM. IX. Privilegium Heinrici Leonis Ducis Baioar. 1157.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia *Bawarie & Saxonie Dux.* Quoniam a Deo Creatore noſtro divitiis, gloria, ac poteſtate miſericorditer exaltati ſumus, iuſtum eſt, ut & ipſum debita devotione honoremus, cuius clementie honorem noſtrum recognoſcimus. Quapropter univerſitati omnium tam preſentis quam futuri temporis fidelium notum facimus, qualiter nos pie devotioni beate memorie Patris noſtri Heinrici Ducis Bawarie & Saxonie inclinantes, ea que Deo, & ſanctis eius in Capella noſtra Raneshoven ad uſus Fratrum regularium, quos ipſe primum ad ſerviendum ibidem domino invitaverat, obtulit, miſerationibus noſtris pro remedio anime noſtre & Parentum noſtrorum adauximus; partem curie noſtre, quam ambitu clauſtri & molendini ſui occupaverunt, cum areis quibusdam in eadem villa iacentibus, & dimidietatem manſi, qui eſt in capite aque ductus eorum, & tribus manſis & dimidio in novalibus, omnipotenti Deo, & ſancto Pancratio, in cuius honore locus ille principaliter conſecratus eſt, libera donatione offerentes, iura quoque, que temporibus Patris noſtri ibi Domino ſervientes habuerunt, nos eis auctoritate noſtra confirmavimus: ita ſcilicet ut quia de capella noſtra ſunt, nulli omnino preter nobis de iure noſtro ſervire habeant, excepto tantum dioceſano Epiſcopo, cui de obedientia ſpirituali pro ſpiritualibus reſpondere debent. Advocatus autem curie & redituum, ac mancipiorum noſtrorum eos vice noſtra cum mancipiis & poſſeſſionibus ſuis defendere & tueri debet, eo tenore, ut querimonias tam fratrum, quam mancipiorum ſuorum audiat, & congruam eis iuſtitiam faciat; *paratam* vero nullam ab eis pro hoc exiget, ſed tantum de horreo noſtro ſecundum antiquam inſtitutionem tempore ſuo accipiet; nam ſuper hec nullam poteſtatem diſponendi in clauſtro, vel mancipiis, aut poſſeſſioni-

bus ipsorum ei concedimus, sed ut loco nostro eos protegat, & eternam retributionem tantum inde requirat. Exactiones quoque super ipsos, vel super mancipia eorum a quoquam fieri penitus inhibemus. Bona ergo, que a prima loci illius institutione usque ad nos, sive a Ducibus, seu ab aliis fidelibus in villis, in agris, in decimis, in pratis, in pascuis, in silvis, in aquis, cultis vel incultis eo collata, vel inposterum conferenda sunt, banno & auctoritate Domini Imperatoris, ac nostra confirmamus, & super hoc presentis pagine testamentum sigillo nostro impressum damus. Si quis igitur huic nostre donationi & confirmationi, ac banno Domini Imperatoris temere contraierit, & predictos fratres in his, que eis ac Ecclesie legitime donavimus, & confirmavimus, iniuriare presumpserit, si ante querimoniam Fratrum non digne correxerit, centum libras auri componat, dimidietatem Camere Imperiali, & dimidietatem Camere nostre. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini MCLVII. Indictione V. IX. Kal. Decembris, regnante Friderico invictissimo Romanorum Imperatore & semper Augusto, anno Imperii eius tercio, regni vero sexto, petente venerabili eiusdem Ecclesie Prepositо Meinhardo. Hy testes aderant: Comes *Givehardus de Burchusen cognatus noster*, *Marchio Bertoldus*, *Palatinus Fridericus*, *Comes Bertoldus de Andesse*, *Comes Sifridus de Liubenowe*, *Comites Sigehardus, & Heinricus de Scala*, *Comes Godefridus de Romesberch*, *Comes Conradus de Bilstein*, *Comes Kono de Megelinge*, *Comes Luitoldus & filius eius Luippoldus de Bleige*, *Heinricus de Stousse*, *Heinricus de Buren Advocatus Augustensis*. *Adelgot*, *Luippoldus de Stambeim*, *Ulricus de Steine*, *Heinricus de Wrtha*, *Luippoldus de Hertesberch*, *Manegoldus de Siveneich, & Hartmannus, ac Manegoldus filii eius*, *Otto de Rore, & frater eius Raffoldus*, *Wichardus, & frater eius Albertus de Hutta*, *Everhardus de Brunowe & Fridericus filius eius*, *Warmundus de Sulzbach & frater eius Wernhardus*.

dus, Bertoldus de Lewenſteine, Sichehardus Biver & frater eius Arnoldus, & alii quam plures. Heinricus ſcriptor recognovit.

Impreſſum eſt Sigill. Tab. I. n. 4.

NUM. X. Donatio parochiæ Hochburg, An. 1162.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis. Eberhardus Dei gracia Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Altmano venerabili Prepoſito & Canonicis Ranshovenſis Eccleſie in perpetuum. Sicut pium eſt bene facere, ita recta confirmare iuſticie eſt. Unde notum eſſe volumus, quod nos *aſſenciente Clero & Laicis fidelibus* Eccleſie noſtre Dilecto Prepoſito Ranshovenſi Altmanno omnibusque ſucceſſoribus ſuis communem vitam ſub regula S. Auguſtini ſervantibus; Eccleſiam quandam Hochwerich infra terminos parochie noſtre ſitam, firma largicione conceſſimus ſicut eam predeceſſori ſuo pie memorie Mangoldo commiſimus. Salva in omnibus noſtra noſtrorumque ſucceſſorum Canonica iuſticia. Si vero quod abſit regularis profeſſio quocunque caſu ibidem mutata fuerit, hanc noſtram conceſſionem nullatenus manere volumus. Hoc factum præfato Manigoldo Prepoſito ſigillo noſtro roboravimus ſubſcribentibus Hugone Prepoſito Salzburgenſi. Heinrico Prepoſito Bertherzgademenſi. Heinrico Abbate S. Petri. Trount Priore S. Petri. Gerhoho Richerſpergenſi Prepoſito. Chunone Chyemenſi Prepoſito. Wilhalmo Saltzburgenſi Decano. Deciſionem quoque litis inter Prepoſitum Altmannum & Parochianum Fridericum de Oſtermuting de terminis Parochiarum diu habite; ſicut a venerabili Saltzburgenſi Prepoſito & Archidiacono Hugone noſtra, auctoritate facta eſt; ita ratam eſſe volumus, & ne amplius reſuſcitetur omnino interdicimns: videlicet ut ſtrata a rivulo Bibenpach usque ad villam Yden limes ſit utriusque Parochie. Preſentem paginam noſtri ſigilli impreſſione ſignari juſſimus Anno Do-

minice Incarnacionis MCLXII. indictione X. anno autem XI. Glorioſiſſimi Friderici regnantis Imperii vero VIII. Preſente digniſſimo Saltzburgenſ. Eccleſie Archiepiſcopo Eberhardo. An. Pontificatus eius XVI. Data Ceidlarem XXIII. Luna Octobris.

NUM. XI. Carta emtionis. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod ego Altmannus Prepoſitus in Ranshoven, & fratres mei emimus LX. marcis predium in Neunchirichen ab *Ortwino de Geltolfing* & uxore eius Elliſa, quibus agentibus & efficientibus *Otto de Ror & Eberhardus de Brunowe*, idem predium ſuper altare S. Pancratii Martiris poteſtativa manu absque omni contradictione delegaverunt. Nam eorum manibus illa delegatio conſiſtebat, & ne aliquid confirmationi & cautele deeſſet memoratus *Ortwinus* venditor predii iureiurando iuravit ſuper altare S. Pancratii, ut ſimpliciter absque malo ingenio ſufficeret, quatenus filii fui eidem predio renunciarent, quandocunque id nobis placeret. T. ſ. *Otto & Eberhardus legatores memorati predii. Wichardus de Huite. Raffoldus de Planchenpach. Albertus de Burcſteten. Bruno de Sundirguve. Heccel de Beringen. Ulricus de Lampach. Fridericus de Planchenbach. Mazele de Smitlingen. Germunt Camerarius. Herwort de Huite. Dietmarus de Rechwin &c.*

NUM. XII. Privilegium Heinrici Leonis Bajoar. & Sax. Ducis de An. 1174.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Heinricus Dei Gratia Bawarie & Saxonie Dux. Quoniam, ſicut humane repoſcit fidei ratio, regum ac ducum parentum atque predeceſſorum noſtrorum debitam memoriam agimus, bona eorum exempla debemus in opere imitari: quoniam in mente recolimus, ut nobis eadem a Deo eternorum videlicet pro temporalibus maneat repromiſſio; quo-

niam

niam eadem ad bene agendum & ad loca S. ditandum provocat intentio. Conſequens enim eſt, ut ipſe precipue in ſervis ſuis a nobis honoretur per quem nobis honor & virtus pre ceteris mortalibus amplior exhibetur. Univerſitati igitur Chriſtianitatis preſenti pagina notificamus; quod loco Ranshoven, quem *ad regnum* pertinentem noſtrorumque parentum donationibus inſtitutum, nos quoque ſublimare cupimus: predicto inquam loco predia noſtrorum miniſterialium Legmos & Rotenpach nominata ipſis poteſtativa manu tradentibus, & nos confirmamus noſtroque Sigillo communiri mandavimus. Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini MCLXXIV. Indict. VII. XII. Kal. Octobr. Et h. r. t. ſ. infra denotati. *Ipſe Dominus Dux Bavarie & Saxonie, Heinricus. Comes Sigefridus de Peilſtein. Comites Sigehardus, Heinricus de Schalach. Heinricus de Staup'. Babo de Eringen. Wernhardus de Horbach; Liberi. Warmundus de Nusbach. Albertus de Hutta. Fridericus & Chunradus de Praunawe. Adelhardus de Hutta. Albertus de Sattelbogen. Heinricus de Berbichingen miniſteriales regni. Reguante invictiſſimo Imperat. Friderico.*

Sigillum idem eſt quod ex Tabular. S. Zenonens. exhibemus infra Tab. I. num. 3.

NUM. XIII. Bulla Cœleſtini III. P. M. de An. 1195.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Eticoni prepoſito Ranshovenſis Eccleſie beati Pancratii Martiris, eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium; ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus annuimus, & prefatam Eccleſiam beati Pancratii Martiris, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectionn ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privi-

legio annuimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum & regulam beati Augustini in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis Ecclesiam ipsam beati Pancratii Martiris cum decima & iure Parochiali. Capellam S. Michaelis in eodem loco sitam. Capellas Neunchirchen. Hœtenperig. Geroltzberig, & Capellam in monte S. Egidii, & Capellam S. Stephani Proto-Martiris in Praunawe cum pertinentiis earum. Capellam Hochwerich cum pertinentiis suis, in ea libertate, in qua bone memorie Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus vobis scripto proprio rationabiliter confirmavit: Ut videlicet nullus preter ipsum Archiepiscopum, & Diocesanum Episcopum, & Ecclesie vestre prepositum aliquid debeat ordinare. Quidquid iuris in Capellis per quascunque regiones a ministerialibus Ecclesie vestre concessum est; Ror videlicet in confinio Chremsmünster in Capella Nonspach in Parochia Althaim, & Heinchirchen, in Parochia Zeidlarn, & in aliis in vicino vel in longinquo a iure Parochiali liberis, sicut est actenus observatum, presenti vobis pagina confirmamus. Terminum quoque eiusdem Ecclesie S. Pancratii quemadmodum recolende memorie Heinrieus II. Imperator Romani Imperii cum Episcopis suis; scilicet Dietmaro Archiepisco Salzburgensis Ecclesie, & Perngero Pataviensis Ecclesie Episcopo, & Niceno Laodicensis Ecclesie Episcopo, cum aliis XIII. Episcopis, duxit provide statuendum, & Chunradus II. Romanorum Rex scripto suo autentico eidem Ecclesie confirmavit, incipientem videlicet de Ettnawe usque

que

que Gruzenſewen, & Grewen, & Bibenpach. Rantwinsbrunen quoinde ad Iden. Ratperch, quoque & Wiwerſengen, & Berchſteig. Rechingen utique & Huoluowen, & Langen quoque perſerinam ſemitam. Capellam S. Georii Martiris, deinde Swarzegreben, & usque Auwerbach; deinde per Adelbrechtzberch, dein per Puchchirchen; deinde in flumine Mæticha, ſicut in antiquis veſtris privilegiis continetur, & usque ad hec tempora noſcitur obſervatum; vobis & eidem Eccleſie volumus, & apoſtolica auctoritate precipimus, inviolabiliter obſervari. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Crisma vero, oleum ſacrum, conſecrationes altarium, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a Dyoceſano ſuſcipietis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ea vobis gratis, & absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin ad quemcunque malueritis antiſtitem, gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem, libere recurratis; qui noſtra fultus auctoritate, vobis que poſtulantur inpendat. Obeunte vero te nunc loci eiusdem prepoſito, vel ad alterius loci regimen tranſeunte, ſive tuorum quolibet ſucceſſorum nullus *ibi* qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars maior ſeu conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Adhec quoniam locus veſter ſic eſt inſtitutus, ut advocatus bonorum Ducis Bawarie in partibus illis eiusdem quoque loci ſit advocatus, prohibemus, ut nec ipſi, nec alicui ſubminiſtro eius liceat eundem locum iniuſtis gravaminibus infeſtare. Sed eum, vice iam dicti Ducis, ſicut ipſe inſtituit, & ſcripto ſuo firmavit; cum mancipiis, & poſſeſſionibus eius, idem advocatus defendere ac tueri debet: eo tenore, ut querimonias

nias tam veſtras, quam mancipiorum veſtrorum audiat, & congruam iuſtitiam faciat; dum modo tales ſunt cauſe, que forum Eccleſiaſticum non requirant; paratam vero nullam a vobis propter hoc exigat, ſed tantum de Horreo Ducis, qui tempore fuit ſecundum antiquam inſtitutionem tempore ſuo accipiat. Super hec idem advocatus in clauſtro, vel mancipiis aut poſſeſſionibus veſtris nullam diſponendi habeat poteſtatem: exactiones quoque indebitas ſuper vos, vel ſuper mancipia veſtra a quoquam fieri penitus inhibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. Datum Laterani per manum Cencii S. Lucie in Orthea Dyaconi Cardinalis Domini Pape Camerarii III. *Kalend.* Mai. Indict. XIII. Incarnat. Dominice Anno MCXCV. *pontificatus* vero Domini Celeſtini Pape III. anno quinto.

NUM. XIV. Exemtio Parochiæ Ranshofen ab Archidiaconatu Maticenſi. Anno 1212.

In nomine S. & individue Trinitatis. Manegoldus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus in perpetuum. Quoniam memoria hominum labilis eſt, nec turbe rerum ſufficit, neceſſe eſt, ut quidquid celebratur verborum ſuffragio, ſcripture beneficio in perpetuum muniatur. Proinde noverint univerſi tam poſteri quam preſentes, quod nos cauſam, que vertebatur inter Wichardum prepoſitum de Ranshoven ex una parte, & Chunradum Archidiaconum ex altera parte ſuper archidiaconali iure in Parochia dicte prepoſiture exercendo vel non; ſicut potuimus, veritatem perſcrutati ſumus. Privilegium itaque Sedis apoſtolice, quo dictus prepoſitus Eccleſiam ſuam munitam eſſe dicebat, legentes; invenimus

nimus in ea contineri: quod nullus in Parochia ſepe dicte prepoſiture iurisdictionem aliquam debeat exercere, preter Archiepiſcopum, & dioceſanum Epiſcopum, & ipſius loci prepoſitum. Unde prepoſitus predictus ſepe dictam Eccleſiam vel Parochiam ab archidiaconali iurisdictione contendebat exemptam, archidiacono contradicente. Ad finiendam itaque longam controverſiam, & ad firmandam Ranshovenſi Eccleſie perpetuam libertatem ab omni Archidiaconali iurisdictione, nos de conſilio & conſenſu Chori ſtatuimus, ut dicta Parochia in Ranshoven cum Eccleſiis ſive capellis ad ipſam pertinentibus infra ſuos terminos conſtitutis, libera ſit ab omni iurisdictione archidiaconali: ita videlicet, ut prepoſitus loci illius tantum ad Epiſcopum dioceſanum pro ſe & ſuis ſacerdotibus in predictis Eccleſiis ſive capellis miniſtrantibus habeat reſpectum: & in nullo Archidiacono teneatur. Ut autem hec noſtra conſtitutio circa dictam parochiam ſtabilis & inconvulſa permaneat, eam preſenti privilegio & ſubſcriptis teſtibus communimus. H. r. t. ſ. *Eberhardus maior prepoſitus. Heinricus Decanus. Haertnidus Aquilegenſis prepoſitus. Otto prepoſitus de S. Floriano. Chunradus maior plebanus. Heinricus de Petenpach Archidiaconus. Ulricus cuſtos. Otto piber Cellarius. Gebhardus comes. Eberhardus de Iachensdorf Can. Chunradus Scriba. Magiſter chriſtianus Notarius. Magiſter Albertus. Anshelmus. Henricus de Zwentendorf Capellani Hainricus de Ahaim,* & alii quam plures. Acta ſunt hec Patavii in capitulo noſtro. Anno dominice Incarnationis MCCXII. Indictione XV. Idus Ianuarii III. Anno Pontificatus noſtri VI.

NUM. XV. Donatio decimarum Servitii ducalis in Halle. circa Annum 1212.

Ludwicus Dei gratia Dux Bawarie Pretoribus ſuis, qui ſunt in Halle inferiori gratiam ſuam & omne bonum. Mandamus vobis diſtricte ut ſtatim poſtquam ſervicium noſtrum in officiis

vestris receperitis, dilecto nostro Capellano preposito in Ranshoven & fratribus ibidem Deo servientibus Decimam que provenit ita persolvatis, sicut personat vestras salvas esse diligitis. Ipse eam a vobis postulabit, & vos eam nullius interveniente respectu integraliter assignate. Quod si non feceritis sub pena nobis inde respondebitis.

NUM. XVI. Oppignoratio Prædii in Uberacken cum pacto antichretico. circa An. 1212.

In nomine S. & individue Trinitatis Lodwicus Dei grtia Bawarie Dux. Notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris: qualiter quidam *fidelis noster ministerialis regni* predium, quod habuit in Ubrachen, cultum & incultum, quesitum & inquiredum, simul cum hominibus adtinentibus ad idem predium in manus nostras coram vasallis nostris & ministerialibus deposuit, Ecclesie beati Pancratii Martirs in Ranshoven protegendum tam diu, donec ipse regni qui dicitur *Pubo de Lorenchirichen* ministerialis pecuniam L. librarum, quam ab eis recepit in integrum eis restituat, fratribus nimirum ibidem tunc Deo servientibus. *Erit autem moneta illius temporis inter quatuor meliore.* Quod si solvere voluerit prefatum predium, sine dolo & de proprio faciet. Si vero vendere voluerit potestatem non habebit; nisi primum prefate Ecclesie hoc offerat, ut fratres ei pecuniam quam aliunde sibi offerre certificaret procomparando predio, si velint tribuant. Tempus autem debite solutionis erit in purificatione S. Marie. Quo peracto si ipse postmodum solvere voluerit tamen fructus illius anni usui Ecclesie remanebit. Constat autem quod prefatus Babo idem predium eodem tenore in predicta Ecclesia super altare S. Pancratii Martiris tradidit, coram positis *Matre sua Leukarde & uxore sua Gertrude & simul unanimem consensum prebentibus. Ad hec accessit Heinricus filius eius*, ceterique filii sui.

Num.

NUM. XVII. Condicio præbendæ. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Wichardus Prepoſitus & totus Conventus in Ranshoven firmiter compromiſimus in manus *Domini Pabonis de Lozenkirchen* & Domine *Gertrudis* uxoris eius, & *Chunradi* filii eorum, ut quecunque Perſona ex illis usque ad uxorem *Chunradi Helwich* a nobis poſtulaverit, talem prebendam in cibo & potu apud nos habere debeat, qualis datur uni ſacerdoti: & hoc factum eſt ea die qua ipſi tradiderunt Eccleſie poteſtativa manu tale predium quale ipſi habebant in Uberechen cultum & incultum queſitum & inquirendum cum hominibus ad idem predium pertinentibus. Teſtes ſunt qui cum eis aderunt Wernhardus Presbiter & plebanus eorum. *Fridericus miles & Prepoſitus de Ahaim. Rudolfus de Prukla & Sororius ejus Hertwinus. Heinricus Lirator Uſcalcus de Ahaim Chunradus Uſchalcus & Liebehardus de Lozenchirchen.* Factum eſt hoc in preſentia officialium Domini Ducis qui & advocatus noſter; *Ulricus de Frenching iudicis & Dietrici de Unchauſen* Prepoſiti qui & teſtes donacionis eorum ad nos & promiſſi noſtri ad ipſos ſunt. Aderant & de familia Eccleſie & Domini Ducis quam multi &c. Ad hæc inſinuamus, quod hanc tradicionem prefati predii & Hominum fecerunt ſuper altare S. Pancracii martiris pro remedio animarum ſuarum & omnium Parentum ſuorum receptis tamen à nobis nonaginta talentis ratisponenſis monete, & prefata prebenda.

NUM. XVIII. Fridericus II. Imp. recipit Præpoſit. Ranshofenſem in Capellanum. An. 1238.

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Sicilie. Univerſis fidelibus ſuis per Imperium conſtitutis omne bonum. Fidelitati veſtre volumus eſſe notum quod nos adtendentes prudenciam & honeſtatem Heinrici prepoſiti de

Ranshoven fidelis noſtri ipſum in dilectum Capellanum recepimus, & tam perſonam ipſius quam omnia bona, que in preſenti habet, vel in futuro dante Domino poterit adipiſci ſub ſpeciali noſtra & Imperii ſuſcepimus protectione: diſtrictius inhibentes, ne quis eum in perſona vel rebus ſuis contra protectionis noſtre tenorem moleſtare aut perturbare preſumat. Quod ſi preſumpſerit indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Datum Cathanie Kalend. Octob. Indictione XI.

NUM. XIX. Immunitas a Teloneo Patavienſi. An. 1741.

Rudigerus Dei Gracia Patavienſis Epiſcopus omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in Domino. Sperantes nobis proficere ad eterne retributionis premia capienda, ſi Eccleſiis Dei ſuccuramus commoditatis remedio temporalis; advertentes etiam earundem devotionem: ecce dilectis in Chriſto fratribus, conventui Eccleſie Ranshoven, de *Conſilio* Capituli & *Miniſterialium* noſtrorum, hanc indulſimus graciam ſpecialem, ut vaſa ipſorum in *Auſtriam* deſcendentia, & naves ipſorum victualia deferentes, in civitate patavienſi deinceps gaudeant tranſitus libertate, & a vexatione & exactione que racione mute ſolet exigi, penitus ſint immunes. Et ne ſuper hac gracia dicto Conventui valeat calumpria inpoſterum ſuboriri preſentem paginam cum ſigillo noſtro & Capituli ipſis cedimus in teſtimonium & cautellam. Datum Patavii Anno Domini MCCXLI. IV. Idus Aprilis. Indictione XIII. Pontificatus noſtri Anno VIII.

NUM. XX. Immunites a Teloneis in Oeno. An. 1257.

Nos Dei gracia Heinricus Comes Palatinus Reni Dux Bawarie. Univerſis preſentem paginam intuentibus declaramus, quod ſumme ob Dei reverenciam & amorem, ac eciam pro Zelo, quo circa Eccleſiam in Ranshoven voluntarie movemur, eidem indulſi-

mus

mus de noſtra gracia ſingulari, ut ſingulis annis una vice duo talenta ampli ſalis ſine omni exactione Thelonei aut mute, Burchuſa & in Scherding, deducant libere & ſecure, qui in preſata Eccleſia Deo famulantur. Item talem eidem Eccleſie graciam fecimus habundantem, ut quicunque in deſcenſu vel aſcenſu Oeni aque noſtre Eccleſie provolute deducatur; ita quod ibidem Deo famulantes proprietarie reſpicit; idem in provoluta aqua ſine omni Theloneo & exactione debet tranſire libere, ut prediximus & ſecure: ipſam etiam Eccleſiam in noſtram defenſionem a Deo recipimus, ut quicunque ipſam leſerit in rebus aut hominibus contra eundem noſtra ingratitudine graviter procedemus. Datum in Burchuſa Anno Domini MCCLVII. IV. Non. Marti Indictione XV.

N. Confirmatum eſt hoc privileg. Anno 1290. per Ottonem, Ludovicum & Stephanum Duces.

NUM. XXI. Privilegium Urbani IV. P. M. de An. 1264.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Conventui Eccleſie de Ranshoven Ordinis S. Auguſtini Patavienſis Dioceſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem noſtri officii ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum in quo divino vacatis officio cum omnibus bonis que in preſentiarum racionabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, ſub noſtra & apoſtolice ſedis protectione ſuſcipimus. Specialiter autem decimas, terras, poſſeſſiones vineas, reddicus & alia bona veſtra ſicut ea iuſte & pacifice poſſidetis, libere & per vos eidem Eccleſie auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Salva in predictis decimis moderacione conſilii

generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc adtemptare preſumpſerit indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum apud urbem veterem IV. Kalend. May Pontificatus noſtri An. III.

NUM. XXII. Litteræ ſupplices ad Clementem IV. P. M. circa Annum 1267.

Sanctiſſimo & Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino Clementi univerſalis Eccleſie ſummo Pontifici, nec non ipſi vicario Chriſti, Seyfridus Dei gratia prepoſitus, totusque Conventus Eccleſie Ranshovenſis ordinis S. Auguſtini Can. Regul. Patavienſis Dioeceſis cum orationibus devota pedum oſcula beatorum.

Quoniam circa devotionem eorum, qui ſe regulari diſcipline humiliter ſubmiſerunt, veſtra paternitas debet miſericordibus viſceribus abundare, & ipſos in ſuis gravaminibus conſolari. cum igitur ex bello inter Regem Bohemie ac Ducem Bawarie iam diu habito. quorum terrarum mere nos ex utraque parte ſumus frequentiſſimis offenſionibus attingentes, miſerabiliter in hominibus, prediis quoque, œdificiis, per ſpolia & incendia ſimus adeo devaſtati, ut qui aliquando cum 14. ſacerdotibus atque aliis 50. perſonis devote Domino militiſſemus iam in tribus heu ſubſiſtere non poſſumus, niſi veſtra paternitas maturet nobis auxilium impendere opportunum. Ea propter cum Hainricus III. Imperator romani Imperii cum Epiſcopis ſuis: ſcilicet Dietmaro Archiepiſcopo Salisburg. Eccleſie, & Perngero Patavienſis Eccleſie Epiſcopo, ac Nicæno Laodicenſis Eccleſie Epiſcopo cum aliis 13. Epiſcopis quasdam Eccleſiolas quaſi in Muro noſtri cœnobii ſitas; Videlicet

delicet Eccleſiam S. Michaelis Neuchirchen. Gantenberg quoque & Gerolſperg cum pertinentiis earum in prebende noſtre augmentum nobis duxit perinde ſtatuendas, quas & recolende memorie Celeſtinus Papa III. una cum Conrado III. Romanorum Rege nobis ſcripto ſuo autentico confirmavit. Sane quia prediorum minime redditum retinemus, niſi proventus eorum, qui de predictis Eccleſiolis in decimis & aliis accidentibus poterunt provenire, qui vero & nobis & perſonis Laicalibus ex ſuorum parvitate non valent ſufficere in nutrimentum: (ut cetera prorſus neceſſaria tacemus) Ne vero nos contingat, tam miſere & contra formam religionis pererrare limina aliena, quia loca religioſa in terris noſtris conſtituta ex horum etiam vaſtatione nos recipere nequeunt, & ſervare, & tamen extranei noſtris viribus in noſtris Eccleſiolis implerentur: veſtram paternitatem, cuius eſt oves in ovili proprio confovere potius, quam eiicere, provolutis pedibus flebiliter rogitamus, quatenus ſupra dictas Eccleſiolas nobis pro ſuſtentamento concedatis in regiminis poteſtatem;. precipue propter Deum ut cultus divinus apud nos conſuetus per talem conſolationem a veſtra ſanctitate prodeuntem incipiat ſolito more concreſcere, vobis in remedium & Domino Ieſu Chriſto in laudem & gloriam ſempiternam. Item petimus comiſſionem ſuper bonis in Gramps*haim* & Tuſsling, Illeding & Gottingen Salzburgenſis Dioceſis, que in preiudicum nobis, noſtreque Eccleſie per annos 10. detinuerunt & adhuc detinent violenter, Iudices ſuper his eligentes videlicet prepoſitum Salzburgenſis Eccleſie, & Abbatem S. Petri eiusdem Eccleſie. Item petimus, ut dominus noſter ordinarius Epiſcopus Patavienſis favorabili omiſſione tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus nos habeat comendatos. Item petimus, ut Dominus noſter advocatus Dux Bawarie nos, locumque noſtrum, poſſeſſiones noſtras, una cum hominibus noſtris habeat in provida defenſione tam proprer Deum, ut tenetur, nec alienis,

nis, in quantum voluerit consentiat, in predictis facere potestatem vel exactiones. Item petimus conservatores Iudices super archidiaconatu nostrarum Ecclesiarum de re iudicata, scilicet prepositum Salzburgensis Ecclesie & Abbatem eiusdem Ecclesie ad S. Petrum ordinis S. Benedicti. Item petimus sepulturam cuiusdem cadaveris qui Bernardus Ruff dicebatur. Item petimus sepulturam cuiusdem de Elling. Item petimus iudicium & iustitiam contra Wecelinum vice Dominum Ducis Bawarie, qui in nos in septis Ecclesie nostre & claustris misit captivationem & turpissimam exactionem; predictos Iudices eligentes. Exactio fuit 100. talenta, &c.

NUM. XXIII. Pactum circa præbendam viduæ & conversi de An. 1268.

Nos Sifridus Dei gratia Prepositus totusque Conventus Ecclesie Ranshovensis, omnibus presentem literam inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam opus est, ut quidquid in tempore agitur, ne cum tempore per oblivionem transeat ac labatur, liberali testimonio perennetur: Notum ergo facimus universis quod nos de communi consensu nostri Capituli & favore, *Domine Elisabeth* quondam uxori *Domini Ludwici de Fraenching.* prebendam unius nostre sororis & converse in victu dedimus aut vestitu, precipue propter Deum: nec non *Ludwico* filio eorum etiam dedimus prebendam *unius nostri barbati* in victu tantum, in vestitu vero sibi annuatim dabuntur due tunice de panno crisco seu nigro, & ad duos annos pallium duplicatum; ad hoc dantur eidem Ludwico quatuor linee vestes annis singulis, & calcei qui sibi sufficiunt pro ieme, & estate. Prenominata autem Elizabeth pro remedio anime sue ac aliqua recompensa sue prebende de bono consensu & puro affectu omnium filiorum & filiarum suarum, imo cunctorum amicorum suorum; mediante & procurante *Ottone de Lampoltinger* avunculo suo, molendinum suum curie Roting annexum liberali-

ter

ter dedit beato Pancratio Patrono noſtre Eccleſie Ranshovenſis, nec non fratribus apud nos famulantibus in eternum. Tali utique conditione ut ſi quis amicorum Domine prenotate nos ſuper ipſo molendino inpetere forſam voluerit, vel vexare cogitaverit atque vexaverit, ipſam vexationem *Dominus Otto de Lampoltingen, & Ortolfus ſeu Wernhardus* filii eiusdem dicte Elizabeth ſine noſtro rerum diſpendio debeant dirimere & planare; ad hoc factum perſolvendum ſe & ſua noſtre Eccleſie obligaverunt. Preterea ſciendum eſt, quod pro prebenda Ludwici filii dicte Elizabeth & Mariti ſui *Ludwici de Fraenching* curia Roting pro XX. Talentis Salzburgenſis monete noſtre Eccleſie obligata eſt, per ipſam ſepe dictam Elizabeth uxorem *Domini Ludwici de Fraenching* & filios eorum *Ortolfum, Wernhardum* videlicet & *Ludwicum* per conſenſum etiam ſororum ſuarum; nec non per manum *Ottonis* predicti *de Lampolting*, qui dictum molendinum curie Roting connexum ac eandem curiam Roting in obligatione habuit, per *Dominum Ludwicum de Fraenching* pro XXII. talentis & LX. denariis Salzburgenſis monete: ex hiis VI. talenta noſtre Eccleſie remiſit *Otto Lampoltingarius* in ſolutionem, cum nobis iurisdictionem ſue obligationis in curia Roting reſignaſſet, & XVI. talenta reſidua dedimus eidem Lampoltingero pro *Franchingeriis Ortolfo Wernhardo & Ludwico*, ſicque ipſa curia nobis etiam pro eisdem XVI. talentis, Lampoltingerio que dedimus, eſt obligata. Porro ſi dicti Franchingerii propriis rebus dictam curiam ſolvere voluerint prebendam Ludwici fratris eorum pro X. talentis comparabunt. Verum ſi per res alienas redimere forſan querent pro XX. talentis rediment curiam Roting. Pro prebenda Ludwici, ut ſuperius eſt expreſſum debet Otto Lampoltingerius nomine prefati Fraenchingerii omnem vexationem, que nobis in eadem curia per amicos eorum ingeritur, ſine noſtro rerum periculo complanare. Quecunque vero taxate ſumme per culturam ſeu pro expenſa accreverint in obligatione ad curiam ſepe

dictam annumerabitur, & Fraenchingeriis dabitur extra pactum. Dedimus Ortolfo de Fraenching dimidium talentum, XII. *mete* frumenti & X. *mete* avene pro femine ad curiam fepe dictam; tunc mete frumenti per XXXVI. denarios emebatur, & metreta avene pro XV. denariis: folidos quoque XIII. dedimus ad curiam, que inculta fuerat, excolendam; pro duobus bubus X. folidos; ad eandem curiam Domine Elizabeth prenotate vaccam valentem VI. folidos; lectifternium eidem pro III. folidis: ad hoc perdidimus in cultura eiusdem curie duos equos valentes VIII. talenta. Prefertim notandum reftat, fi Ludwicus a nobis vivus receffferit pro eo *Wernhardus* frater fuus fuam prebendam habebit: fi autem Ludwicus moritur apud nos, nullus fratrum fuorum eius prebendam debet recipere vel habere. Summa huius eft pecunie LI. talent. Ne autem hec noftra prebendalis collatio, five eorum predii donatio, nec non noftri tractatus pactio, per nos vel eos valeat immutari, prefentem literam noftro figillo, & *Domini Ortulfi de Planchenpach*, atque figillo iudicis Wilhardi communivimus in Teftimonium & Cautelam. H. r. t. f. *Dominus Heinricus de Wolfzberg. Otto Lampoltingerus & filius fuus Otto, Meingotus de Meinharting.* Acta funt hec anno Dom. MCCLXVIII. in die beati Gregorii Pape.

NUM. XXIV. Collatio præbendæ Virgini nobili. A. 1274.

Ego *Ainwicus de Satharn* & uxor fua *Irngardis* omnibus prefentem literam infpecturis cupimus effe notum. Quod nos Eccleſie Ranshovenſi & Dominis ibidem Deo militantibus, voluntarie cum favore filiarum noſtrarum, nec non noſtrorum omnium amicorum, dedimus tria predia noſtra; duo in Gundrampshauſen & unum ibidem in Chopel, libere propter Deum, pro remedio noſtrarum animarum atque noſtrorum anteceſſorum. Solvunt annuatim ipſa predia preter X. denarios, ſolidos VI. Salzburgens. monete preter alia xenia ſicut decet. Prepoſitus vero eiusdem loci una

cum

cum dominis & fratribus, pio zelo, filie noſtre *Gerdrudi* dederunt prebendam unius *ſacerdotis* in eadem Eccleſia ſive loco ab eorum cellario & coquina: nihilominus eo modo, quod quando in ſummis feſtivitatibus vel alio tempore prebenda vini integra ad prandium ſeu ad cenam Dominis miniſtratur, dicte Gertrudi filie noſtre prebenda vini dimidia dari debet, ad quodlibet prandium ſive cenam: quociescunque feriatis diebus, ut eſt in die Dominica, feria tertia, ſeu V. feria, vel etiam in Sabbato vinum dominis propinatur, totiens eidem Gerdrudi propinabitur tantum dimidia prebenda. In minutione ſua, vel ut ita dicamus, cum venam inciderit tribus vicibus omni anno, per quatuor dies III. prebendas vini dimidias accipiet & non magis; in quinta vero die minutionis niſi duas dimidias prebendas vini. Cereviſia vero ſi habetur ei dabitur tanquam converſo. Ad hec ſepe dicte Gerdrudi filie noſtre veſtes a Camera miniſtrentur, velut ſorori & converſe ipſius Eccleſie ſive loci, vel denarii competentes pro ipſis veſtibus ac valentes. Ne autem hec noſtra donatio prediorum noſtrorum ſepe dicte Eccleſie valeat per noſtros aliquos ſucceſſores auſu temerario violari, preſentem literam ſigilli venerabilis Domini noſtri Heinrici, nec non Abbatis in Peowern ac honorabilis Capituli ibidem robore roboratam Eccleſie ſepius nominate conſcribi procuravimus pro legali teſtimonio noſtre tam ſibere donationis & cautela perpetua ſeu quieta. Acta ſunt hec anno Dom. MCCLXXIV. In die beati Gregorii Pape.

NUM. XXV. Donatio decimarum Maticenſium. An. 1276.

Nos Heinricus Dei gracia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie. Notum facimus omnibus preſentia inſpecturis, quod cum dilectus nobis Wernhardus Capelanus noſter plebanus de Maurchirthen, curiam nobis S. Iohannis aput Meticham cum decima que pertinere ſeu duci conſuevit ad eandem, cum queſitis & inquiren-

dis cultis & incultis redditibus, iuribus & obvencionibus; a fidelibus noſtris *Chunrado & Rudigero fratribus de Aicham*, qui tam curiam quam decimam predictam a nobis poſſidebant feodali titulo, noſtro accedente beneplacito, pro quadam ſumma pecunie comparaſſet: nos recepta reſignacione dicti feodi a predictis fratribus factaque renunciacione totius iuris, quod ipſis competere poterat in feodo memorato, omne ius noſtrum, quod nobis in premiſſis competit, vel conpetere potuit vel debuit, transtulimus plene & libere in predictum Capellanum noſtrum: illud ſibi preſentibus auctorantes, ita quod retinendi, alienandi & maxime in Eccleſiam aliquam transferendi deberet habere liberam facultatem. Qui capellanus noſter predictos redditus pleno iure per noſtram auctoritatem & ratihabitionem transtulit in Eccleſiam Ranshoven hoc pacto, ut ipſe pro tempore vite ſue gaudeat redditibus memoratis: dato tamen modico cenſu, qui ſuo arbitrio relinquitur Eccleſie memorate, *unde poſſeſſionis & preſcriptionis titulum nanciſcatur.* Ut igitur in hiis calumpnioſa contentio locum non habeat, ſed firma & illibata permaneant, preſens inſtrumentum conſcribi fecimus & noſtri ſigilli robore communiri. Datum in Burchauſen An. Dominice Incarnacionis Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto XIII. Kalendas. Auguſti.

NUM. XXVI. Sepultura excommunicati. An. 1277.

Nos *Heinricus* Dei Gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie preſentibus profitemur: Quod fidelis noſter *Otto de Ror* in morte *Heinrici Patris* ſui cavit fideiuſſoria caucione per *Henſinum de Ror* Patruum ſuum, *Heinricum Wolffpergium*, *Meingotum de Apfental & Suantnerium*, quod Eccleſiam in Ranshoven reddet indempnem ab omnibus impetitionibus, moleſtiis, dampnis, laboribus & expenſis quas ſuſtinebit a quocunque, quod dicti *Heinrici* Corpus recepit & tradidit Eccleſiaſtice ſepulture. Datum in

Bur-

Burchuſen An. Domini Milleſimo CC. ſeptuageſimo ſeptimo III. Kalend. Februarii.

NUM. XXVII. Statutum Capituli Ranshofenſis circa orationes pro defunctis. An. 1277.

Nos Chunradus Dei gratia Prepoſitus Eccleſie Ranshovenſis totumque Collegium fratrum ibidem, univerſis noſtris ſucceſſoribus volumus eſſe notum : Quod unanimi voluntate & concordi fraternitate ſtatuimus in noſtro Capitulo, ſalubri conſilio deliberato, pro nobis & noſtris confratribus cum deceſſerint ab hac vita devotius in perpetuum ſic orandum; videlicet cum ſacerdos noſtri ordinis & confrater mortuus fuerit, fratres ceteri pro humanitatis officio compaſſibiliter exequendo, hora capituli flagellum accipiant a Prepoſito vel decano & pro eo in communi dicent XXX. miſſas; non diebus vel feſtivitatibus obſtantibus aliquibus, niſi in quibus iura canonica pro defunctis prohibuerint celebrandum: has miſſas procurabit ebedomatarius cuius ſequens fuerit ſeptimana. Sepulchrum vero fratris defuncti cum proceſſione tam Dominorum, quam ſcolarium cum duobus luminibus viſitabitur XXX. noctibus cantatis veſperis cum reſponſorio pro mortuis & *placebo*. Inſuper quilibet confrater noſtri ordinis, qui eſt Sacerdos, pro ſatisfactione ſui fratris & etiam pro ſalute propria obtinenda dicet infra anni ſpacium ſine negligencia qualibet XXX. miſſas ſingulariter pro defunctis: ad excommunicationem, & inobedientiam evitandam nullus fratrum tam negociis impeditus quam otio irretitus debet eſſe negligens in hiis miſſis, & quod in hiis in una die neglexerit, die altera ſupleat fideliter & devote; niſi forſitan egritudinem validam patiatur. Dyaconi, & Subdyaconi noſtri Confratres, qui non ſunt *virgarii*, iam in Scolis dicant cottidie ſpecialiter ſemel vigilias usque ad triceſimum confratris mortui & defuncti. Converſe vero Sorores noſtre idem facient, &

si non sint literate dicant LX. Pater noster & totidem Ave Maria. Similiter *barbati* conversi debent pro confratre mortuo facere usque ad eius tricesimum omni die. Talis vero memoria, que habetur pro nostris confratribus Sacerdotibus regularibus huius loci, debet etiam haberi pro Prespiteris secularibus, qui apud nos & locum nostrum sibi procuraverint suis gratuitis beneficiis fraternitatem. Dyacono nostro confratri eadem commemoratio inpendatur. Obeunte autem Subdiacono nostre professionis & *barbato* confratre nostro seu conversa sorore nostra, missa pro defunctis per VII. dies cum choro communiter decantetur: has missas provideat, cuius sit sequens ebdomata, ut superius est expressum. Eorum etiam sepulchrum visitabitur usque ad diem septimum sue mortis, cum processione communi & responsorio pro mortuis & placebo: nisi propter nivem & pluviam ad eorum cimiterium non possit fieri processio Dominorum, tunc in choro placebo dicatur, & duo Scolares mittantur ipsum sepulchrum aspergere & *thu*rificare. Non est preterea pretereundum, quod quandocunque sepulchrum alicuius nostri confratris visitabitur, cum placebo, ipsa vice fiat trina compulsatio omnium campanarum, ut etiam populus exterior audiens oret pro anima iam defuncti. Hanc consuetudinem pro mortuis, quamvis non invenerimus apud nostros fieri antecessores, nihilominus perspeximus esse bonam; iuxta Apostolum: orate pro invicem, ut salvatio nobis fiat, & onera alter alterius pro lege Christi adimplenda, imo pro Religionis piissimo amminiculo debet gestare, ut impleatur nostra in Deo fraternitas, & a Deo nobis, & ipsis perveniat eterna incunditas; qui sic voluit pro mortuis affabiliter exorari, ut etiam orantes cum mortuis se sentiant liberari. Si quis vero nostrorum huius Ecclesie successorum tam prepositus quam persona alia qualiscunque, propter temeritatem libertatis, vel negligencie accidiam, seu quo-

cunque

cunque modo hec noſtri Capituli inſtituta preſumpſerit obmittere vel poſtponere aliquando: huius memoria coram Deo & hominibus eternaliter ſit dampnata, & ſit anathema, qui neglexerit hec noſtra ſalubria inſtituta: nec non anime defunctorum clament contra eos coram Dei omnipotentia, ne unquam celeſti lumine eorum anime illuſtrentur, qui noſtra violaverint hec ſtatuta, ſed maneant in tenebris umbre mortis, & ſint maledictionibus omnium innodati. Qui Salvatori noſtro ſuis laudibus & oracionibus benedicunt, illorum benedictio fiat eis maledictio inremiſſa, qui conſuluerint vel conſenſerint noſtra ſtatuta decreſcere quodam modo. Ut autem hec rata permaneant in eternum preſentem literam ſigillis noſtri Capituli, & venerandi Chunradi Prepoſiti noſtri roborámus nobis & noſtris Succeſſoribus in huius noſtre inſtitutionis teſtimonium & cautelam. H. r. t. ſ. Chunradus Prepoſitus. Albero. Siboto. Albertus Heinricus de Chrainnoch. Heinricus. Perngerus. Fridericus Sacerdotes noſtre Eccleſie profeſſi Wolfrumus plebanus de Haiming. Chunradus Dyaconus. Siboto Subdyaconus. Wernhardus acolitus, etiam fratres profeſſi in hoc loco, & alii quam plures quibus placuit hoc ſtatutum. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXXVII. VI. Idus Iunii incipientis.

NUM. XXVIII. Pactum Feudale. Anno. 1278.

Ego *Leo filius Leonis de Aichperch.* Notum facio univerſis, quod ex nunc feſto Nativitatis beate Marie debeo predium datz der Linten in plenam culturam reducere in edificiis ſeu in agro. Alioquin iure meo in ipſo predio ſum privatus ab Eccleſia Ranshovenſi, & a prepoſito eiusdem loci. Debeo etiam ſingulis annis a dicto predio ſive ſit cultum vel incultum dare in nativitate S. Marie LX. denarios *Wiennenſis* monete Eccleſie pretaxate &

qua-

quatuor Caseos & interesse placito in Ror sicut ceteri, qui sunt a preposito prenotate Ecclesie infeodati feodis quibuscunque. Hec predicta cum neglexero, nisi legitima obstante causa, similiter sum privatus eo iure quod habeo in predio sepe dicto, & erit integraliter ipsum predium Ecclesie Ranshovensis: sed cum servitium videlicet LX. denariorum ut est dictum persolvero dicte Ecclesie, ipsum predium erit uxoris mee, & filiorum meorum. Tamen hereditatem recipiant, ut est solitum a preposito Ranshovensi, & tunc tenentur omnia facere de ipso predio, que feci, alioquin eandem penam privationis eiusdem debent incurrere predii pro negligentia sicut ego. Ne autem hec per me vel meos successores valeant vel debeant immutari quoquam modo in gravamen vel iniuriam Ecclesie Ranshovensis presentem literam sigillis *Domini Gundachri de Storichenwerch & Domini Iænslini de Ror* firmiter roboratam predicte Ecclesie dedi in testimonium & cautelam. *H. r. t. s. Dominus Chunradus de Osterna. Fridericus Suevus de Praunau. Gundachrus officialis in Ror. Hainricus de Ranshoven filius Magistri curie ibidem. Wochunus in Ror*, & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXXVIII. in Ror. In die Policarpi coram Domino Chunrado preposito in Ranshoven & Domino Friderico Capellano suo dicto de Chigilbuch.

NUM. XXIX. Venditio Prædii in Baumgarten. Anno 1279.

Ego *Rudpertus de Wipping* notum facio universis quod cum bono consensu matris mee domine *Eue* & uxoris mee *Stephnei* & filie sororis mee *Chunegundis* obligavi predium meum in Baumgarten apud flumen Mathicam situm Ecclesie Ranshovensi pro sex talentis

lentis ratisponenſium antiquorum denariorum: & proprietatem ipſius predii nemini vendere debeo niſi Eccleſie Ranshovenſi, ſi mihi tantum dabit pro ipſo predio ſicut alter. Servitium ex Steura, que de dicto predio poſſunt medio tempore provenire, in ſolutione debiti non abnumerabo, quoniam eadem dedi pro remedio anime mee & parentum meorum prefate Eccleſie & fratribus ibidem Deo ſervientibus, ut eorum orationibus fiam particeps & mei anteceſſores: Ne autem dicti predii obligatio & ipſius Steure & ſervitii donatio per Ranshovenſes vel per me & meos amicos & quoscunque ſucceſſorum aliquo litigio, violentia ſive dolo valeat immutari preſentem literam cum ſigillis capituli Ranshovenſis & Domini *Rafoldi de Blanchenpach* reſidentis nunc in Praunawe fideliter roboratam tradidi Eccleſie Ranshovenſi in teſtimonium & cautelam. Acta ſunt hec. Anno Domini MCCLXXIX. in die beati Mathie Apoſtoli in domo Ranshovenſi. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Puvenhoven. Heinricus de Otendorf*, &c. Facta eſt hec *obligatio per manum meam & uxoris & filie ſororis mee.*

NUM. XXX. Apocha pro ſolutis decimis in ſubſidium terræ ſanctæ. circa An. 1282.

Univerſis preſentes litteras inſpecturis Alven de Riccardis Canonicus S. Marie de Venetiis collector a ſede apoſtolica conſtitutus ſuper decimis terre S. ſubſidio deputatis, & his que ad decimas pertinent ſupra dictas, nec non ſuper obventionibus & legatis aliisque utcunque provenientibus ipſi ſubſidio terre S. in Salzburgenſi provincia & Pragenſi, Olomucenſi, Ehiſtettenſi civitatibus & dicte provincie Maguntine, ſalutem in Dno ſempiternam. Noveritis quod in noſtra preſentia conſtitutus religioſus vir Dominus Conradus prepoſitus Ranshovenſis ſolvit nobis pro tertia parte totius decime, quam romane Eccleſie ratione dicte decime tenebatur, libras quinque Ratisbonens. & VI. libras Salzburgens.

gens. denariorum quos recepisse nomine dicte romane Ecclesie confitemur. Et iuravit dictus prepositus ad sancta Dei Evangelia corporaliter tacta de proventibus & redditibus suis & Ecclesie sue pro dicta tertia parte se plene & fideliter decimasse, ac pro residuo dicte decime non solute eodem modo in posterum decimare eosdem redditus & proventus, & dictum residuum solvere in termino seu terminis quem vel quos sibi ad solutionem dicti residui duximus statuendos. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi conceſſimus, nostri sigilli munimine roboratas. Dat. apud Pataviam VII. Idus Februar. Pontificatus Domini Martini Pape IV. An. II.

NUM. XXXI. Pactum censuale. An. 1282.

Ego *Albertus Chlosnar* profiteor publice presentibus & protestor me habere predium, quod dicitur Schretendorf: ab Ecclesia Ranshovense tantummodo pro diebus vite mee & non amplius; tali pacto, ut annis singulis eidem Ecclesie de eodem XXX. denarios non obmittam solvere quoquomodo; me autem mortuo & defuncto ipsum predium ad Ecclesiam Ranshovensem libere revertetur. Nec quisquam heredum seu amicorum meorum sibi quicquam iurisdictionis usurpabit in eodem. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo roboratam & confirmatam tradidi preposito Ranshovensi & confratribus ibidem: ne eis in posterum per quemquam ulla posit calumpnia super eo vel violentia suboriri: testes sunt. *Altmannus Ulricus. Hainricus Domini de Leowolving. Poppenperger Iudex de Griezbach. Plebanus de Erring Ioannes. Dominus Otto de Schalichin.* & alii quam plures. An. MCCLXXXII.

NUM. XXXII. Concambium. An. 1282.

Nos Heinricus Dei gratia Abbas totumque collegium fratrum in Peouren ordinis S. Benedicti Salzburgens. Dyocesis omnibus presentem paginam inspecturis volumus fideliter esse notum-

quod

quod nos ex unamini & concordi noſtri capituli voluntate omne ius noſtrum montanum ſive in vino & denariis, quod in Chrizendorf Auſtrie habuimus; libere ac quiete in plenaria poſſeſſione dedimus Eccleſie Ranshovenſi & fratribus ibidem liberaliter in perpetuum: pro commutatione redditum eorum in Wieſſe nobis connexorum & pro XX. talentis Salzburgenſis monete, & modio frumenti qui tunc pro X. talentis eiusdem monete ac LXXX. denar. emebatur: ipſum ius montanum cultum ſive incultuum; queſitum & itquiredum integraliter dedimus Eccleſie pretaxate. Proventus eiusdem iuris civilis ſive montani eſt annuatim XCIII. Urne vini & XXIV. den. de quadam vinea ibidem & IV. den. de duabus areis ibidem & III. den. ad III. urnas vini adduntur. Ne autem hec noſtra donatio vel potius comutatio vel contractio per nos aut noſtros ſucceſſores quoscunque, *imo precipue per noſtrum dyoceſanum Epiſcopum ſeu advocatum poſſit atque debeat aliqualiter immutari odio, contentione, querimonia, appellatione*; preſentem litteram ſigillorum noſtrorum robore amicabiliter roboratam dedimus pro teſtimonio firmiſſimo ac cautella Eccleſie Ranshovens. que nobis ſpeciali fraternitate & intima dilectione eſt ab initio & peremiter copulata. Acta ſunt hec anno Domini MCCXXXII. in die beati Nicomedis in noſtra Eccles. Beowern, ad notitiam firmiſſim. hominum futurorum. Amen.

NUM. XXXIII. Immunitas a Teloneis Auſtriacis. A. 1287.

Albertus Dei gratia Dux Auſtrie & Stirie Dominus Carniole, Marchie ac Portus Naonis, univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit in perpetuum. Pia laudabilis & ſalubris eſt illa beneficiorum conceſſio qua indigentie famulantium Deo ſuccurritur, & eterna munera comparantur. Ea propter nos contemplatione datoris omnium bonorum, honorabilium virorum Prepoſiti & Conventus Eccleſie in Ranshoven conſolationis augmenta benignius amplectentes, eisdem ad procurationem Chunradi Prepoſiti ibidem

dilecti noſtri libertatem decem Carradarum vini creſcentis in ſuis vineis donamus, plenariam mutam ſive Theloneum de ipſo vino dum ſurſum duci contigerit, tam in alveo danubii quam in Oeſto per loca noſtrarum mutarum ſingula, libenter & liberaliter relaxantes. In cuius teſtimonium evidens & cautellam has literas ſcribi, & ſigilli noſtri munimine iuſſimus roborari. Datum Lintze anno Domini MCCLXXXVII. IV. Kalend. Septembris.

NUM. XXXIV. Privilegium primæ inſtantiæ in Auſtria. circa An. 1288.

Albertus Dei gratia Dux Auſtrie & Stirie Dominus Carniole, Marchie & portus Naonis univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem. Coram nobis ad inſtantiam honorabilis viri Chunradi Prepoſiti Eccleſie in Ranshoven, noſtrorum conſiliariorum accedente conſilio, eſt diſcuſſum, quod coloni ſive homines Eccleſie ſue predicte ſuper omnibus queſtionibus ſuis, quas contra bona ſive predia ipſius Eccleſie habuerint, primo & principaliter coram eodem Prepoſito & Conventu in Ranshoven ſuas actiones debeant inſtaurare. Si autem per eundem Prepoſitum & Conventum in Ranshoven eisdem colonis ſive hominibus iuſtitia negata fuerit, tunc iidem coram iudice competente ſuas poterint proſequi queſtiones. Datum Stirie XI. Idus Februar.

NUM. XXXV. Protectorium Auſtriacum. cir. An. 1288.

Albertus Dei gratia Dux Auſtrie & Stirie Dominus Carniole, Marchie ac portus Naonis, univerſis fidelibus ſuis ad quos preſentes pervenerint gratiam ſuam & omne bonum. Cum nos virum honorabilem Prepoſitum Eccleſie in Ranshoven propter honeſtatis ſue laudabilia merita, in noſtrum Capellanum dilectum duximus aſſumendum, ipſumque etiam cum perſonis & bonis eorum noſtre defenſionis preſidio volumen eſſe munitos, & ſpeciali

noſtri

noſtri favoris plenitudine conſolatos: Univerſis vobis ac ſingulis comittimus & diſtricte mandamus, quatenus dictum Prepoſitum & Eccleſiam ſuam pro noſtra reverentia congruo proſequentes honore eorundem loca, res, Perſonas & iura ledere, gravare ſeu tangere, *Vetturis*, exactionibus & aliis quibuscunque moleſtiis tam in teris quam in aquis contra iuſtitiam nullatenus preſumatis. Datum Ulme IX. Kal. Novembr.

NUM. XXXVI. Privileg. Ottonis V. Ducis. de An. 1290.

Otto Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, *Dux Bavarie*, omnibus & ſingulis iudicibus ſuis, tam in Weilhardo quam alibi conſtitutis, gratiam ſuam. Intendentes Ranshovenſem Eccleſiam, & eiusdem loci Prepoſitum ob devotionis ſue merita proſequi noſtri favoris gratia ſpeciali, mandamus vobis ſingulis & univerſis firmiter & diſtincte, quatenus omnes libertates, iura & conſuetudines, ſecundum quod in privilegiis kariſſimi Patris noſtri dive recordationis olim ſibi, & Eccleſie ſue datis & conceſſis continetur, & ſecundum quod easdem *Albertus* Vicedominus noſter *de Roth*, de ipſius Patris noſtri ſpeciali mandato aliquotiens in iudiciis provincialibus propalavit, debeatis inviolabiliter conſervare, nihil in ipſarum libertatum, iurium & conſuetudinum preiuditium attemptando publice vel occulte, ſicut indignationem noſtram volueritis evitare. Nos enim Eccleſiarum conditionem & libertatem diebus noſtris non intendimus minui, ſed augeri. In cuius rei teſtimonium preſens Inſtrumentum dedimus, noſtri ſigilli robore communitum. Datum apud Burchuſam anno Domini MCXC. in viligia nativitatis Virginis glorioſe.

NUM. XXXVII. Carta donationis. An. 1290.

Ego *Ulricus Vitulus* omnibus preſens ſcriptum intuentibus cupio fore notum, quod ego de voluntate, & conſenſu filiorum

meorum *Heinrici, Ottonis & Eberhardi* aream & ortum meum situm in villa Ranshoven omni cessante conditione ad procurationem Domini Chunradi Prepositi liberaliter tradidi Ecclesie Ranshovensi. Preterea noverint tam presentes quam posteri quod ego receptis XII. talentis & dimidio mediam partem Hube site in Ranshoven quam iure feodali a nobilibus *de Ror* habui, *Domino Ianssoni & Ottoni de Ror* fratribus voluntarie resignavi. Sicut ipsi ius quod eis in dicta Huba competerat, darent Ecclesie Ranshovensi, quemadmodum illi fecerunt sine mora. Partem vero residuam pro conservatione prefate Ecclesie contuli, Wernhardo, Alberoni, Engelhardo & Heinrico servis eiusdem Ecclesie. Qui eandem partem per manum meam pro LX. talentis usualis monete memorate Ecclesie obligarunt. Ne igitur donatio & collatio huiusmodi a quoquam minui valeat vel infringi, ipsam sub sigillo Domini Chunradi Stalonis, militis de Iulbach duxi presenti litera confirmandam. Actum An. Domini MCCLXL. in die Bonifacii in Burchusa.

NUM. XXXVIII. Donatio Feudi. An. 1290.

Ego *Hainricus de nobilis de Ror* coram universis presens scriptum intuentibus protestor. Quod ego recepta liberali resignatione ab *Ulrico Vitulo* & heredibus suis in Huba sita in villa Ranshoven, quam memoratus Ulricus Vitulus a me tenuit titulo feodali, omne ius quod in eadem Huba mihi competiit, & competere videbatur contemplatione ductus divina tradidi Ecclesie S. Pancratii in Ranshoven ob salutem propriam & in remedium progenitorum meorum procurante venerando Chunrado Preposito ibidem. Ne igitur hec mea donatio dicte Ecclesie in Ranshoven & fratribus ibidem Deo famulantibus a posteris meis minui valeat vel infringi presentem literam dedi eisdem sigilli mei munitam robore in testimonium & cautelam. H. r. t. s. *Meingotus miles. Wichardus & frater suus Fridericus appellati de Ubrahem. Albertus officialis. Heinricus*

Pra-

Praitenprunner. Fridericus filius Domini Meingoti militis supra dicti, & alii fide digni. ſcriptum & actum an. Dom. MCCXC. in die beati Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.

Not. Idem profeſſi ſunt quoque *Janſo* & *Otto* fratres *de Ror.*

NUM. XXXIX. Concambium. An. 1291.

Ich *Eberhart der Schreyer, und min Pruder Leutolt* verjehen, und tun chund allen den die den Brief leſent, und geſehen. Daz wir baide einen Wechſel haben getan, mit dem Probſt, und mit dem Convent ze Ranshofen, daz wir Sand Pancratio, und dem Cloſter haben gegeben unſer Gut datz dem Aihen ze rechten aigen verſucht, und unverſucht, umb ein Gut haizzet, datz *dem aigen* zwiſchen Elling und der Golthub. Und haben in gelobt, ob jeman, wer der in daz Gut ze Chrieg tetet oder tun will daz wir dez ir Gwern ſuln ſin, alz recht iſt. Daz wir daz mit ichtes gechrenchen, oder verchern mogen, darüber gegeben haben wir in unſern Brief ze ein Stætigung, und ze einen Urchund. Mit unſers Herrn des elteren Herrn *Hainrichs von Schaumberch* Inſigel mit diſem gezingen. Herr *Chunrat der Stol. Arnolt der Teiſpech. Hainricus de Harder. Ulreich von Hohenfeld.* Der Friderich von Elling Ulreich von Elling. Der Wechſel iſt geſchehn do von Chriſtes Purt war tauſent Iar, zweihundert Iar in dem ain und neunzigſten Iar an Sand Philippes und Sand Iacobs Tag.

NUM. XL. Immunitas ab Archidiaconatu Maticenſi. An. 1293.

Nos Wernhardus Dei gracia Patavienſis Eccleſie Epiſcopus tenore confitemur preſentium, quod cum dilectus in Chriſto frater noſter Dominus Chunradus venerabilis Prepoſitus Eccleſie Ranshovenſis a felicis recordacionis predeceſſoribus noſtris & a nobis Archydiaconatum Matycenſem aliquandiu tenuiſſet in co-

miſſo:

missо: idem tanquam vir prudens, volens futuris periculis precavere, peciit a nobis; quatenus sibi super eo cavere dignaremur, quod eo decedente vel vivo a predicto Archydiaconatu recedente Ecclesia Ranshovensis in parochialibus Ecclesiis suis videlicet. Ranshoven, Praunaw, Neunchirchen, Herntenperg, Hochwerch, cum suis Capellis & terminis sitis infra limites Archydiaconatus Maticensis & exemptis ab omni iure Archidiaconali preiudicium evitaret. Nos suis justis peticionibus inclinati eisdem Ecclesiis suis de certa sciencia recognoscimus omnia iura sua que eis competierunt ab antiquo, ex privilegio speciali, super quo Ranshovensem Ecclesiam presentibus nostro sigillo communitis communimus. Datum Patavii An. Domini MCC. nonagesimo tercio. Partholomei Apostoli.

NUM. XLI. Immunitas a teloneo Aschacensi. An. 1293.

Wir *Hainrich der elter, und Hainrich der junger und Wernhard von Scounwerch.* Tun chund allen den die diesen Brief lesent und sehent: daz wir dem Gotshous und der Sammung ze Ranshoven ze vodrist uns, und unsern Vorfordern, und auch unser Nachchumft, ze ainen Hail, und ze einen Selgret, und auch durch des Gotshauses Dienst und sein Gut, da mit iz Probst Chunrat an unz erborben hat, hann gegeben ein sotan Friung daz si ebigleichen alle Iar fünfzehen gantzer Fuder Weins an mout fürfuren, an unser Moutstat ze Ashach freilichen: nur wan daz man von dem Poden dez Schenffes geben sol vierzehen Pfennig, und zween Pfennig ze letz und swzaz si dez vorgenanten Weins in dem Herwest nicht gefüren mügen, daz suln si füren für an derselben mautstat swann si wellent in dem selwen Iar mit gantzer Friung alsdann in dem Herwest. Darüber geben wir dem Gotshaus, uud der Sammung ze Ranshoven ein sogtan Genad, und ein sogtan Friung, swenn si ir Chost fürent hintz Oestereich,

oder

oder ſwann ſi ein Flos dez ſie bedürfen ze Zimberholz auf ir Hof hintz Chrems, dew ſullen auch ledichleichen fürgan, alſam der Wein: inwan daz man von dem Ruder des Floſſes geben ſol vier Pfening. Daz aber die Gab und die Friung pi uns, und pi unſer Nachchunfft ſtaet, und unzebrochen beleib der Sammung ze Ranshoven, darüber geben wir in den Brief mit unſern Inſigeln bewart, zeinen Urchund, und ze einer Gewonhait. Unnd der Sach ſint Zeug die hie geſchriben erbaer Leut. Herr *Chunrat Stol.* Herr *Rudolf Schifer.* Herr *Diirich Schifer. Rudolf Stol. Helmhart von Stille. Hainrich Harder von Prounow. Dietmar Schreiber. Tanhart von Julbach.* Diſe Friung iſt gegeben von Chriſtes Gepurt tauſent Iar zwei hundert Iar in dem ein und neunzgiſten Iar an unſer Frowen Tag do ſie geborn wart, und geſchah ze Julbach auf dem Haus.

Confirmatum A. 1363. & 1375. ſub Sigillis Ulrici & Heinrici: A. 1397. Ulrici A. 1451. Bernardi & A. 1506. GeorgiiComitum

NUM. XLII. Sententia iudicialis. An. 1293.

Ich *Friderich der Sigenhaimer* Vitztum pei der Rot, tun chunt allen den di diſen Brief anſehent oder hörent leſen, daz Chunrat der Notleich Burger ze Braunaw, mit Ainweich Burger ze Purchuſen des Probſts Chunrad ze Ranshoven, mit einander chriegten umb ein Hueb ze Rospach der ſie paid *jehen* ze Lehen von den Roreræn, unt chommen mit dem Chrieg auf die Shranen ze Puchkirch mit ſamt den Roreren. Do ſagt frag mit Urtail, iz ſulten die *Rorer der Jans mit Hainrich* unt *Ott von Ror* in paiden einen gwegen Tag gegeben umb ir Chrieg, ſeint ir paid jehent Lehenhaft von in an demſelben Guet ze Rosbach unt geſchech dem vor in ſwas recht wær. Da gowen ſie in paiden ainen gewegen Tag hintz aufhauſen für ir man. Da behapt Ainwaig mit allem Recht diſelben Hueb vor in boiden, und verjohen im

Ainweigen rechtz und auch der Lehenſchaft, unt nicht dem Notleich; unt gowen im darüber Herrn *Meingozſen von Ubrekchen* zu einen Scheinpoten auf di Shrann hintz ſant Peterschirchen zu Herrn Chunrat Richter, daz er in gweltigt in des Gutz. Der gab zu im Gebharten von Obgerſperg und ſatzten in Ainweigen von des Rorars wegen in Nutz und in Gwer, und auch von des Richters wegen. Da ſait Chunrat der Notleich vor meinem Herren Hertzogen Otten von Paiern, im wer nicht wol geſchen an ſholichen Sachhen. Da gepot mir mein Herr, der Herzog Ott, datz Oting vleiſslichen pei ſeinem Hulden, daz ich in einen anderen gemeſſen Tag gaeb hintz Purchauſen und die Sach ze ent aufrichtet. Do gab ich in ein gewegen Tag hintz Burchauſen des Maentages inn Chraenzen, und det ich Chunraten dem Notleich chunt mit mir ſelben, unt gepot im pei meines Herrn Hulden Hertzog Otten, datz er den Tag ſucht datz Purchauſen; unt welcher unter in daz Recht nicht ſuchet an demſelben Tag, dem wert *Pruch* an ſeinem Recht. Des chom Chunrat der Notleich nicht *unt* verſas daz Recht vræveleichen noch ſant nieman an ſeiner ſtat der in peret ehehafter not: Da pehapt Ainweich mit Herrn Otten von Wald unt mit Herrn Meingoſſen von Ubrekchen mit dem Pochner die in Zeuges Gweis ſaiten auf ir Aid; daz Ainweg ganzen Recht hieten an dem Guet datz Roſpach, und wart Ainweig mit Frag unt mit Urtail deſſelben Guetes geſaetzet in nutz und in gwer, unt wort ime ein Fronipot gegeben von mir unt von dem Granns Ainweigen ze gweltigen deſſelben Guets. Unt daz der Sach alſo ſei unt ſtæt beleib, gab ich ime dieſen Brief verſigelt mit meinem Inſigel. Diſen Sach iſt geſchehen do von Chriſtspurd warn tauſent Iar. Zwei hundert Iar. Dreu unt neuntzik Iar. Des Maentages in Chreucen.

MUN.

NUM. XLIII. Donatio reditus annui. An. 1293.

Ego *Altmannus de Leowolfing*, tenore presentium profiteor & constare cupio universis presentia inspecturis. Quod ego presente & consentiente *Altmanno filio meo* in recompensacionem dampnorum, ac lesionum, que per me sustinuit Ecclesia Ranshovensis, & pro salutis mee augmento eidem Ecclesie dedi & donavi in perpetuum annis singulis dimidiam Libram Ratisponensis monete de curia mea in Pætrechperig, Census nomine primo & principaliter persolvendam: tali duntaxat condicione interveniente, quod cum ego vel predictus filius meus *Altmannus* pro recompensacione census prelibati Ecclesie Ranshovensi de proprietate nostra redditus dimidii talenti Ratisponensis monete infra Thalbach & Rotam absolute & libere dederimus, in futurum dicta curia in Pætreichberg ab impetitione Prepositi & Conventus sepedicte Ecclesie sit penitus absoluta. In cuius rei Testimonium evidens, & cautelam, tam ego, quam filius meus prenotatus sigillis carentes propriis, presentem literam dedimus Ecclesie Ranshovensi sigillis Honorabilium virorum Dominorum *Friderici decani* in Trustern, Ottonis *militis de jahenstorf*, *Ulrici de Leowolfing Patrui nostri* communitam cum quibus huius rei testes sunt *Palduinus. Arnoldus de Furstenekk. Heinricus de mulverch gener suus. Chunradus de Indorfpach. Ulricus ibidem, Fridericus Ostermann. Ulricus filius Reinhalmi. Walchuinus de Chetendorf. Albertus de Jahenstorf & alii multi.* Datum & actum in Arldorf apud Vilsam Anno domini MCCXCIII. in octava Nativitatis beate virginis.

NUM. XLIV. Laudum. An. 1296.

Ich *Altmann von Leowolfing* tun chunt allen den die diesen Brief ansehend daz *Ott von Jachenstorf*, und *Hainrich sein Veter von Jahenstorf*, und *Hainreich der Gnautinger* und *Marquart der Mozzol-*

tinger Schiedleut geweſen ſind zwiſchen Chunraten dem erſam Probſt und ſeinen Convent ze Ranshoven, und um über ein halb Pfunt Gült Regenſpurger Pfenning, di min Vater und auch ich mit unſren Hantfeſten vur ein Selgraet, und vur ein Ergetzung hintz Ranshoven gaben auf den Hof ze Petreicherſperg als lang, untz wür ſeu auf anderen unſeren Gut verrichten eines halbes Pfuntz Gult Regenſpurger Pfenning ledigleich, wan mein Vater laider da mit waz da daz Chloſter ze Ranshoven verdarb, und verprant wart von dem Feinten. Di habent geſchaiden alſo zwiſchen uns, daz mich der Probſt, und der Convent ze Ranshofen ledich habent laſſen des halben Pfunt Gült, und der Saumung daz ich daz halb Pfund etleich Iar nicht gegeben han. Haben auch geſchaiden, daz ich denſelben Hof ze Petreichſperg, der mein freiges aigen was ledigleich und frilich unverſprochen, verſucht und unverſucht, ze Holtz, und ze Velt und ze Wis han gegeben zu einen Selgraet vur mich und fur meinem Vater, und vur andere Vorvorderen ſant Pancraezen und anderen heiligen ze Ranshofen, und dem Probſt, und den Herren die da Got dienent ewichlich mit mines Swehers guten Willen, und mit meiner *Hausfrauen Hand die ſich verzigen hat mit ſampt mir vur ſich und vur unſer Gerwen.* Unt han in Porgen daruwer geſetzet *Albrechten und Hainrich von Jacheuſtorf* mein Geſwein, vur meinen Chind die ich han oder noch gewinne pi meiner Hausfrawen, daz ſi dehain chlag, oder dehain recht auf den Hof ze Petreichſperg vurpatz icht iehen, noch haben ſuln, wann ich mich gentzlichen vur meiner Chint und vur ander mein Freunt verzigen han mit ſampt meiner Hausfrawen, und ſind darum borig worden mein Geſwein di vorgenanten als ir hantveſte wol gicht di ſi ſunderlich daruber gegeben hawen dem Probſt, und den Herren ze Ranshoven. Ich ſoll auch Iar und Tag des genanten Hoves ir Gewer ſin vur aller Anſprach *in ſelgeretes Gewer.* Ich het auch

dem

Durchläuchtiger König lieber Herr und Freunde, unser willig freuntlich Dienst, und was wir liebs und guts vermögen zuvoran. Unser Gottshaus Ranshoven hat etlich Weinwachs bey Stain im Lande Oesterreich, den Probst und Convent desselben unsers Closters zu ihren Gebrauch nothdurftig: und die Wein, so des ganzen Iars darvon gefallen, sein herauf zu bringen, wie sy dann vormals andere Iare auch gethan haben. Dieweil sy dan from Leut, der Observanz, und eines ordentlichen guten Lebens, darum wir ine sonderlich geneigt sind; auf dafs bitten wir Euer königlich Würde mit Fleis, die geruhe vermelt Probst und Convent, bey solcher irer Weinwachs, die sy mit Namen anzeigen werden, gütlich beleiben zu lassen; auch zu verschaffen, damit sy die Wein Eurenhalb unverhindert herauf fürn, und bringen mögen. Das begehren wir gern um Euer Würde zu verdienen. Datum Landshut am Erchtag nach Udalricen an. 1488.

Georg von Gottes Genaden Pfalzgrafe bey Rein, Herzog in nidern und obern Baiern &c.

NUM. LXXI. Anno 1569.

Von Gottes Genaden Wilhelm Herzog in obern und nidern Bayrn &c. Unser Grues zuvor, ersamer in Gott lieber getreuer. Nachdem euch one Zweifel wol bewust, dafs auf Ratification und Anordnung des durchleuchtigen, hochgebornen Fürsten, unsers genedigen lieben Herrn und Vatterns &c. Wir uns mit der hochgebornen Fürstin unserer freuntlichen geliebten Gemahel

mahel sambt unsern zuegegebenen Dienern, und Hofgesinde mit fürstlicher Wonung hieher gen Landshuet begeben, und nunmer für uns selbs ain neues Haus haben angericht; wie uns dan von hochgedachten unsern geliebten Herrn und Vattern alberait ain benants ierlichs an Gelt vætterlich gemacht, und zuegestellt wirdet. Ob nun wol sich solche Summa auf ein zimlichs erstrekht, so beforgen wir doch, wie wir hin und wider erwegen, auch schon zum tail in Werkh erfaren, wir werden als noch ain iungen Haushalter, der iezigen uberteurten Zeit halb, und da wir uns unsern fürstlichen Standt nur ein wenig gemäs halten wollen, damit ierlich, wie genau wirs angreiffen, beschwerlich künen auskomen, noch vill weniger solches erraichen, und derwegen wol Ursach heten uns dessen zu beklagen. Dieweil wir aber hochermelten unsern geliebten Herrn und Vattern verrer mit dergleichen Begern, und übrigen Anlauffen nit gern behelligen, sonder vill lieber in dem und andern, als ein gehorsamer Son alle kindliche underthenige Volg zu laisten gedacht, in erwegung, dass sy sonst, wie ir selbs vernümftiglich zu errachten habt, bei diser unruebigen Welt zu erhaltung und beschüzung dero Landt, Leut und armen Underthannen, ainen yberschwenklichen Last auf sich habet. Und aber uns so balt in ybrige Schulden zestossen, noch uns merer, als wir tragen können, aufzubinden auch nit wol thienlich oder ratsam sein will: Können wir nit umbgeen euch solches, unsern sondern zu euch habenden genedigen Vertrauen nach, in der gehaim zu verstendigen. Und gelangt an euch unser ganz genediges gesinnen, ir wellet das, was oben anzaigt, bei euch selbs verstendiglich erwegen, und uns darauf zu zimlicher erhaltung berierter unserer Hofhaltung, und Reputation auf dises Iar, und nur yzmals mit ainen Zorpfening, und dan forthin ierlich mit ainer Kuchen, und Keller-Hilf, wie ir von unsern Abgesandten unsern Fueter-

maister, und lieben getreuen Hansen Herprot zu Oesting (dem ir unsern halben seines Fürbringes warhafftigen Glauben geben solet) underschidlich vernemmen werdet, diemietig zu Steur kommen; auch solches in höchster gehaim und still bei euch beleiben lassen, damit es nit an Tag, und Orten aufmerig werde; wie wir dan deswegen auch gar kain Mistrauen sezen, und uns in hierin vermelten biten aller underthenigen Wilfarung verhoffen. Da entgegen sind wir (als aus göttlicher Verhengnus zuekonfftiger regierender Landts-Fürst) des genedigen Erbietens solch eur underthenige Wilfarigkeit auf zuetragen Faal, den aber der ewig Gott diser Gestalt langwirig verhieten welle gegen euch, und gemainen Convent dermassen mit Genaden, damit wir euch one das geneigt, hinwider zu erkennen, dass irs inskonfftig im Werk spuren und erfaren solet. Ir beweist uns auch hiran hocher unvermeidlicher Nothurft noch ain gar angenemes gefallen. Eurer schriftlichen Resolution hürüber im Faal der Waigerung, deren wir uns doch kaines wegs versehen, gewarttende. Datum Landtshuet den 25. Marty. Anno 1569.

Wilhelm Herzog in Bayrn. &c.

NUM. LXXII. An. 1569.

Dem ersamen in Gott unserm lieben Getreuen Probst unsers Closters Ranshoven.

Von Gottes Genaden Albrecht Herzog in Obern- und Niedern-Bayern &c. unsern Grues zuvor, Ersamer in Gott lieber Getreuer. Wir sind in glaubliche Erfarung kommen, wie unser freuntlicher lieber Son Herzog Wilhelm &c. bey euch, und andern unsern Clöstern nit lengstens ein Hilf, und Hausteur, von Gelt, Wein, Vich und Schmalz zur seiner Liebe neu angefangen Hofhaltung suechen, und begern lassen, als die Ime von etlichen Alber-



alberärzt ervolgt, aber von etlichen allein bewilligt, doch noch mit gelayſt, und von etlichen aus fürgewendten Urſachen Irer Unvermöglichkeit, und anderer Obligen halber gar gewaigert worden ſey. Demnach iſt unſer genediger und ernſtlicher Will, Meinung, und Bevelch, das ir uns bey Zaiger diz, eintweders von aigner, oder ains Vertrauten Handt in gueter Geheim zue unſern aigenen Handen ſchriftlich berichtet, was, und wie viel unſer Son von Gelt, und andern für yez, und ins konfftig ime zu raichen begert hab, und durch wen ſolchs Anbringen beſchechen: wie viel ir alberait von Gelt, und andern gegeben: oder noch zu geben bewilligt: was ir auch dem Geſandten inſonderheit verehrt, oder er doch ime für ſein Perſon zu geben, oder zu leichen gebetten, oder durch andere Wege von euch gebracht, oder erpracticiert hab. Und weil uns fürkombt, das dergleichen Anſuechen und aigennutzig practikhen von andern mer Leuten bey unſern Clöſtern fürgeen, ſo wellet uns gleichfalls lauter berichten, ob, und von wem das bis daher bey Euch geſchechen, es ſey dan Schanckung oder Anlehens weis; umb vil, oder wenig begert, oder durch andere practikh von euch erdrungen worden: und in dem allem es treff an, wem es well, obs gleich unſre Sön, ſament, oder ſonder, Räth, Rentmaiſter, Pfleger, oder ander Amtleut, Landſeſſen, oder ander geiſtlich, oder weltlich, Inn- oder Ausländer weren, ſolt ir uns nichts verhalten, und euch derwegen zum wenigiſten nichts zu befaren haben. Im Fall ir uns aber hierüber was wiſſentlich verhalten ſolt, wurden wir das mit entſetzung von der Prelatur, und in anderweg ganz ungnädig gegen euch andten, darvor wir euch lieber verhüet ſehen wellen. Im Fall ir auch unſerm Son noch nichts geben, jedoch was zu geben im Willen, oder euch erbotten het, ſolt ir daſſelb inheudig behalten, und vor unſerm weiterm Beſchaydt nit von Handten geben. Des alles thun wir uns zue euch in Gnaden,

und rechten Ernst versehen. Datum Arding, den 10. Aug. Anno 1569. Albrecht Herzog in Bayrn.

NUM. LXXIII. An. 1573.

Von Gottes Genaden Wilhelm Herzog in Ober- und Niedern Bayern &c. unserm Grues zuvor Ersamer in Gott lieber Getreuer, ir werdet euch Zweifels frei wol zu erinneren haben, wasmassen ir von der Zeit durch unsre Abgesandten von wegen einer klainen Hausteur sind angelangt worden. Darauf ir euch dan ganz willfärig ersaigt, das wir damals nit allein zu Genaden angenommen, sonder auch urbütig sindt, solches in ander Weg noch in Gnaden zu erkennen, ja ir habt euch auch damalen weiters guetwillig erboten, uns eurm Vermögen nach hinfürter auch nit zu lassen. Und ob wir gleichwol wissen, was seithero desselben fürgangen, so können wir doch nit umbgeen, euch nochmalen ganz genedig zu ersuchen, und begeren hierauf genedigklich, und vertreulich, ir wellen uns allain auf 5. Jar jerlich mit etlich Gulden nach euren guten Willen, und gegenwürtigen Yberantworters Vermelden, der auch weiterm Bevelch mit euch zu reden hat, zu ainer Hausteur willfärig erscheinen, uns also dismals auch nit lassen. Das erbieten wir uns neben dem vorigen, wie oben verstanden, in allen Gnaden gegen euch, und dem Convent yz, und könftig jederzeit zu erkennen, und alzeit euer genädiger Herr zu bleiben, mit dem Anhang, dass auch, wie uns nit zweifelt, in höchster Gehaim, und Still zu halten, auch nach Verlesung des Schreiben alsbald zu verbrennen, welches wir genzlich uns versehen, und wilfäriger Antwort von eurer aignen Handen erwartend. Datum Landshut, den lesten Octobris An. 1573. *Sequentia manu propria.* Ich will mich ganz genedig versehen, ir werdet mich auch dismals so wenig, als vor lassen, das beger ich aller Gnaden zu erkennen. Wilhelm mpp.

NUM.

NUM. LXXIV. Excerpta Genealogica ex Monumentis Ranshofanis.

1212. *Hademarus de Weſen, Heinricus de Merſchwanch.*

1262. *Heinricus de Merſchwanch frater Domus Teutonice. Albero Comes de Roteneck. Heinricus de Hartheim. Wertholdus de Haidendorf. Pilgrim & Walther de Tanneberg.*

1272. *Heinricus de Wolfsbach, uxor Diemut.*

1275. *Alramus Dei gratia nobilis de Uttendorf.*

1275. *Gebhardus & Conradus fratres de Feldbach filii Gebhardi.*

1276. *Wernhardus de Inne. Werner de Munceningen.*

1277. *Ulricus de Seifritsdorf. Otto frater eius.*

1278. *Otto miles in Strazz. Conradus miles de Purchuſa. Herwicus Stralar. Richer de Stadelen. Werner de Pirichsberg.*

1282. *Raffoldus de Planchenbach. Fridericus de Sigenhaim.*

1292. *Conradus Stol. Werner de Iulbach uxor Eliſabeth. Heinricus de Schaunwerch. Hainrich, & Wernhard ſeine Vettern. Hartwicus de Planchenbach. Werner de Rotenfels. Rudolf & Wolfram die Stolen.*

1293. *Otto de Iahenſtorf. Ulricus de Leuwolfing. Balduin & Arnold de Furſteneck Heinricus de Mulwerch gener ſuus, Conradus & Ulricus in der Spach Walcuin de Ecketendorf. Albertus de Iachendorf.*

1295. *Meingot von Uberecken, Heinrich von Tarſtorf. Hartman der Stol, Heinrich der Sulzberger. Heinrich von Uberecken.*

1297. *Meingotus de Uberecke. Hartwinns Stalo.*

1299. *Gerhohus & Heinricus de Radeck. Ortolfus Schanberger. Reginus de Moutdorff.*

1300. *Sihoto de Etenvelden. Rudiger Pater eius. Conradus Stalo de Iulbach. Conradus filius eius. Andreas de Phaffenhoven.*

1300. *Heinrich & Albrecht von Altenwurch, fratres. Perthold der Freie. Seibot & Ruger fratres de Ettenfelden. Conrad der Stol von Iulbach. Peter von Taufchirchen. Seibot von Mitterchirchen. Friderich*

von Ratenbach. Heinrich und Liebhard von Raitenbach. Rachwein von Purchſtetten. Ulrich von Chirichberch, Dienſtmann Poppo von Hoholting. Rather von Taufſtat.

1338. Thomas Aphentaler, Diemut uxor. Ianſo & Nicolaus filii.

1343. Chunrad der Stol ſin Vater ſel. Cunrad, ſin Mutter ſel. Elſpet ſin 3. Hausfrau ſelig Anna, Elſpet, Margret. ſin Sun Albert. Wolfram Stol ſin Vetter. Anna uxor.

1349. Heinrich Reutter. Margareta uxor prima. Eliſaheth uxor 2. Iacob filius. Ulrich Pater, Gerthrud Mater.

1351. Conrad Kucheler Hauptman zu Salzburg.

1358. Albertus Temblinger Pfleger zu Braunau.

1378. Thomas Aphentaller, filius Ulricus.

1394. Oswald Toringer Vixtum in nidern Bairn. Appendet Cartæ ſigillum, eandem figuram exhibens quam ſiſtimus infra inter ſigilla num. 28. & 29.

1413. Caſper Walter Pfleger zu Braunau.

1417. Ulrich Leopold Nicolas fratres die Aphentaler.

1419. Seitz von Frauenberg, Pfleger zu Lulbach.

1423. Nicol. Apſentaler. Ulrich Apfentaler. Thomas Apfentaler, fratres. Iohan Apfentaler filius Ulrici.

1439. Pankraz Buberger Forſtmeiſter zu Weilhart.

1442. Andre Mautner zu Kazenberg Pfleger zu Braunau.

1452. Ich Wilhalm von Aichberg Hofmeiſter, ich Wilhalm von Frauenhofen Haubtman baide Ritter, und ich Lorenz von Ahaim Pfleger zu Burchauſen. Walter Apfentaler.

1454. Ein Hofrecht beſext durch Hanſen von Parſperg Pfleger zu Landshut: die Rate Georg Cloſner, Iorg von Ahaim, Teſerez v. Frauenhofen, Lienhart von Cammer. Aſm Ahaimer, Andre Loder Canzler. Diewolt Peugher, Friderich Fobelhaimer Rentmeiſter zu Landshut, Iobſt Herberger Rentmeiſter zu Burghauſen. Thomas Trenbeck Caſtner zu Landshut.

MONU-

MONUMENTA REICHERSBERGENSIA.

PARS PRIMA.

MONUMENTA REICHERSBERGENSIA.

PRÆFATIO.

Reichersberga, nobile atque celeberrimum Canonicorum D. Auguſtini monaſterium, in amœniſſimo tetrarchiæ Burghuſanæ tractu ſitum eſt, medio fere inter Brunovium atque Schardingam itinere; in colle, qua orientem ſpectat, leniter acclivi, & uberrima ſegete beato; quem vero occaſum verſus ripam excelſam præcipitemque dixeris Oeni fluvii, lato alveo ad radices illius præterlabentis.

Primum Canoniæ Reichersbergenſis fundatorem ſalutant Wernherum, ex Comitibus de Playn ortum, *Reicheri* Comitis, qui Reichersbergenſe caſtrum condidit, filium. Iſte nimirum, orbatus filio, quem unicum ha-

buerat, Gebhardo, annuente conjuge Dietburga, Gebhardi Salisburgenſium Præſulis ſorore, hæreditatem opimam S. Michaeli Archangelo obtulit: dejectisque munitionibus validiſſimis, quæ Reichersbergenſe caſtrum cingebant, reliquam ædificiorum molem aſceterio aptavit annum circa MLXXXIV. Opus egregie cœptum ſumma cum cura nec minore liberalitate perfecit Conradus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis; quem indefeſſum diſciplinæ regularis inſtauratorem jam vice plus una nuncupavimus celebravimusque.

Quam in immenſum deinceps ſuccreverit Canonia Reichersbergenſis abunde teſtantur monumenta noſtra, ex incendio quod circa an. 1625. univerſum monaſterium deſtruxit ægre ſervata. Primus eſt inter illa nobiliſſimus Codex Traditionum formulis CCXIX. abſolutus, ſtudioque ingenti Anno 1180. compilatus. Sequuntur diplomata XCIV. varii itemque graviſſimi argumenti, quæ nobis ſuppeditavit Cartularium ampliſſimum, ſeculo XV. exaratum & authentia, quam vocant, munitum. Periere ſcilicet flammis feralibus autographa plurima: periit Bibliotheca codicibus manuſcriptis inſtructiſſima, periitque inter illos, ſi Reichersbergæ ſervabatur, Codex autographus Chronici Reichersbergenſis a Gewoldo vulgati: nec ex

tanta

tanta hac ſtrage reliquum quicquam reperimus præter volumina tria operum Gerhohi Præpoſiti hujatis, ſeculo XII. clari: quæ quidem Pezii fratres jam pridem tractaverunt. Dolemus eo magis graviſſimam tot monumentorum jacturam, quod eximia prorſus humanitas Reverendiſſimi Præpoſiti CAROLI, favorque quo ſtudia noſtra adjuvit vere ſingularis, animum nobis fecerant, omnia quæ ſupereſſent invadendi, inque rem noſtram, imo publicam, convertendi.

SERIES RR. DD. PRÆPOSITORUM EX MONUMENTIS IDONEIS.

Berbinus ref. 1116.
Gotſcalcus el. 1122. † 1132.
Gerhohus † 1169.
Conradus c. 1150.
Arno † 1175.
Alexander c. 1176.
Philippus 1181.

Reicherus I. † 1184.
Gerloh † 1194.
Otto I. ref. 1195.
Aribo ref. 1196.
Hermannus I. † 1201.
Leonhardus ref. 1206.
Hartfridus ref. 1209.
Ortolphus I. † 1218.
Heinricus I. † 1228.
Fridericus I. de Ortenberg ref. 1231.
Ulricus I. de Baumgarten † 1235.
Conradus II. ref. 1236.
Ulricus II. de Viechtenſtein † 1250.
Hartwicus ref. 1255.
Gundaccarus ref. 1260.
Geroldus 1264.
Heinricus II. 1268.
Walterus † 1281.
Seifridus † 1288.
Conradus III. de Radeck † 1296.
Ulricus III. † 1301.
Fridericus II. † 1307.

Reicherus II. † 1314.
Otto II. † 1319.
Chriſtianus † 1324.
Conradus IV. † 1330.
Hermannus II. † 1335.
Ortolfus II. de Teuffenberg † 1346.
Dietmarus de Bergheim † 1386.
Griffo de Ortenberg † 1412.
Gregorius I. † 1415.
Paulus de Tættenbach † 1468.
Bartholomæus † 1482.
Johannes I. de Lenberg † 1493.
Hieronymus I. Stettner † 1495.
Matthæus Puechner † 1527.
Hieronymus II. † 1548.
Bernardus † 1558.
Wolfgangus I. † 1573.
Wolfgangus II. reſ. 1578.
Johannes II. † 1582.
Thomas † 1588.
Magnus † 1612.
Abſalom † 1615.

Gregorius II. † 1620.
Johannes III. † 1621.
Johannes IV. † 1627.
Melchior † 1637.
Jacobus † 1650.
Adam † 1675.
Antonius † 1685.
Theobaldus † 1704.
Hieronymus III. † 1707.
Herculanus † 1735.
Matthias † 1752.
CAROLUS.



MONUMENTA REICHERSBERGENSIA.

HISTORIA FUNDATIONIS.

Scripta circa An. 1135.

Anno MLXXXIV. fuit in Caſtro Richersbergenſi *Vuerenherus Dominus* eiusdem Caſtri, vir valde ingenue nobilitatis & dives, qui ſororem *Domini Gebhardi Salzburgenſis* Eccleſie Archiepiſcopi in matrimonio iunctam habebat, *nomine Diethbergam.* Hic poſt mortem filii ſui, *nomine Gebhardi* admodum iuvenis, cum non habebat alium heredem & inter propinquos & conſanguineos ſuos facta eſſet diſſenſio & concertatio, propter hereditatem eius: ipſe magis elegit Deum & S. Michaelem habere heredes. Itaque depoſita omni munitione eiusdem Caſtri; munitum enim erat valde, ut hodieque perſpicuum eſt in altitudine vallorum, & in ipſius ſitu loci; & ad ſerviendum inibi Deo honeſte preparato, ipſe *Dominus Vuerenherus*, cum nobili uxore ſua iam dicta *Diethberga* tradidit ad eundem locum Richerſperg S. Michaeli predia ſua Ruorippe, Scartenberg, Elenbach, Iuvenbach, Vuanenbach ſub aſtipulatione multorum teſtium, & duas vineas apud Aſchaha, & aliud predium iuxta flumen Anteſen, quod dicitur ad S. Martinum ſimul cum ipſa Capella & vinea adiacenti & molendino: itemque aliud predium in Carinthia in loco qui Chrowat dicitur ſitum ad XXX. circiter manſos: in uſum Clericorum Deo, ſanctisque eius ibidem ſub regula S. Auguſtini in perpetuum ſervituris.

His ita cum Dei adiutorio fideliter ordinatis ipſe Dominus Werenherus delegavit & contradidit ipſum fundum Richerſperg

usque

usque ad medium Iui fluminis ibidem preterfluentis & adiacentes viculos circa XII. manſos agri culti, cum eisdem attinentibus molendinis, campis, ſylvis, paſcuis, pratis, cultis & incultis, cum aquarum decurſibus, piſcationibus, exitibus & redditibus, & omni utilitate quæſita & inquirenda, ſimul cum iure parochiali, totaque decimacione ipſius fundi & viculorum adiacentium: videlicet Vuerde, Tobele, Aſpach, Phaphinge, quam videlicet ipſe redemerat eidem loco ab Eccleſia Babenberg de Eccleſia plebali in *Munſture* in vicino: cuius cura eo tempore ad ius Eccleſie Babenbergenſis pertinebat: addito prædio Munſtuore pro concambio decimarum de iure ſuo, & de ſuis prædiis in vicino curia villicali, que Tobelle dicebatur, & monte, in quo poſtea caſtrum Steine modernis temporibus a domino Albovino ſeniore ſitum eſt; preterea & illa predia, que ſuperius comemorata ſunt: hec inquam predia cum ipſo fundo, ut dictum eſt, & cum multa familia ſua utriusque ſexus dedit iuri & ditioni atque defenſioni Salzburgenſis Epiſcopii, preſente eiusdem loci tunc temporis Archiepiſcopo venerabili Gebhardo fratre Diethberge, & ſuſcipiente traditionem coram multis nobilibus & honoratis teſtibus, quorum nomina in libro eiusdem delegationis ſcripta inveniuntur: eo videlicet tenore & tali conditione, ut eidem loco ab Eccleſia Salzburgenſi ſpiritualia, & ea, que ad Deum ſpectant, provideantur, & ut nullus in poſterum ſit eiusdem loci advocatus, niſi principalis ipſius metropolis advocatus: ut ab eiusdem Epiſcopatus advocato defenſus integer cum omnibus eo pertinentibus permaneat, & ut nullus futuro tempore ſuccedentium Epiſcoporum, ſeu quilibet Principum eundem locum alicui in beneficium accomodet. Ipſe quoque Dominus Werenherus in eodem loco iuxta Capellam, quam ibi habebat, in honore S. Sixti dedicatam, cum religioſis perſonis & Clericis, quos ſibi ſociaverat, in ſervitio Dei vivens, habitu ſancte converſationis poſt mortem uxoris ſue Diethberge

berge assumpto ibidem in senectute bona quievit III. Non. Octob. Diethberga XI. Kal. Novemb. Gebhardus filius eorum XI. Kal. May obiit. Cuius beata membra simul cum ossibus Diethberge & filii eorum Gebhardi nunc in Ecclesia Richersperg, in monasterio scilicet sub gradu altaris S. crucis tumulata requiescunt.

Hic Wernherus fundator Ecclesie nostre inter cetera sua predia dedit S. Michaeli in usum communis vite predium quod ipse libere a suis antecessoribus hereditaria lege ad se derivatum possederat in loco Chrovvat Karinthie posito. Idem quippe Wernherus fratrem habuerat nomine *Aribonem* cum quo ita divisit Hereditatem: XXX. Mansos in loco qui dicitur Radilaha sitos iuxta fluvium Traham obtineret Aribo & alios XXX. mansos in Chrowat sitos obtineret Werenherus, quos etiam libera traditione dedit prefate Ecclesie: sed postea predicti Arbonis filius *Albwinus* cum haberet illos XXX. mansos in Radilaha visus est insuper occupare patrui sui Werenheri hereditatem: videlicet alios tredecim mansos in chrowat, voluitque ipsum etiam fundum in quo nunc Ecclesia S. Michaelis est fundata vivente adhuc Werenhero patruo suo, sed ultimum iam spiritum trahente invadere. Quin insuper ausus est clericos locatos ibidem de Ecclesia S. Michaelis expellere: sed ultio divina, quam Werenherus patruus suus prophetaverat, quando iam morti proximus erat, eundem Albwinum diu non sinebat vivere. Dixerat enim Werenherus B. Michaeli se confidere quod bona, que ipse ad honorem suum obtulerat, nullus possit impune abalienare, cum S. Michael ea satis posset ab iniustis pervasoribus liberare. Non vanum erat hoc preconium: nam ultio divina percussit primo ipsum Albwinum, ac deinde ceteros in eodem scelere suos complices ac posteros tam evidenti miraculo, ut ex hinc possit fieri veteris Historie satis apta recordatio. Sicut enim quondam, cum arca dei capta esset apud allophilos plaga

magna venit ſuper homines cuiusque civitatis ad quam deveniſſet arca Dei: percuſſit enim eos Dominus in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis: Ita plane, ad quoscunque devenit S. Michaeli oblata hereditas, percuſſi ſunt plaga magna. Ipſe namque Albwinus a die pervaſionis, qua locum ſanctum pervaſit, & alius quidam *Adalbero* cooperator eiusdem pervaſionis intra ſpacium undecim dierum improviſa morte de hac vita ſunt abrepti: tam terribiliter Deo iſtos pervaſores percutiente, ut *Comes Udalricus*; cui prefatus Adalbero iuſſu Albwini fecerat iuramentum ad eiusdem pervaſionis firmamentum; cum facto iuramento videret ipſum Adalberonem ſubito ante ſe ruere percuſſum divina ultione, non auderet huius tam impie pervaſionis participem ſe facere. Fertur enim dixiſſe idem comes Udalricus, ut video, locus Reicherſpergenſis potentes defenſores habet, contra quos ego nunquam invadam eundem locum. Sic defuncto Albwino cum Adalberone ſuo, quedam *Luitkardis* eidem Albwino in ſponſam a Parentibus confirmata, nunquam tamen ab eo viſa vel tacta, ſucceſſit ſacrilego Albwino quaſi legitimus heres in ſolo ſacrilegio. Nam de cetera & certa ipſius Albwini hereditate nihil ſe intromiſit niſi de ſolo Sacrilegio. Hereditatem namque predicti Werenheri S. Michaeli oblatam, quam Albwinus invaſerat per ſacrilegium, illa eius iurata ſponſa item invaſit per ſacrilegium; ſupra nominatos enim manſos in Chrowat illa violenter invaſit: pro qua invaſione Pater eius *Almerich* captus & ad iuramentum fuit coactus, ne unquam ſe de predictis manſis intromitteret vel pro eo aliquis, cui ipſe prohibere poſſet. Duxit autem eadem Luitkardis poſtea virum nomine *Nitkiſum* qui ob eandem pervaſionem eſt occiſus, Deo illi tribuente quod meruit pro eo quod obedierit voci uxoris plus quam dei precepto intromittendo ſe de S. Michaelis predio. Alterum duxit poſtea virum nomine *Dietricum*. Et ille ſuaſu uxoris extendendo manus ſuas quaſi ad vetitum lignum, videlicet ad interdictum ſibi S. Michaelis

pre-

predium, lepre incurrit opprobrium, & in lepra clauſit preſentis vite terminum. Sentitur etiam, & adhuc ſentietur amplius in huius mulieris poſteritate plaga ultionis divine: & illa tamen reſipiſcere nolens querit adhuc latebras Eve. Sicut enim illa poſt interemptionem ſui & viri ſui abſcondit ſe in medio Paradiſi; ita & hec filia Eve poſt interemptionem ſuimet ac duorum virorum ſuorum abſcondit ſe in ſuo peccato; atque per hoc, ſicut illa mortem quam viro propinaverat ſue poſteritati transmiſit, ita & hec lepram quam viro contulit poſteris hereditariam facit, niſi reſipiſcat, & S. Michaeli ablata usqe ad noviſſimum quadrantem pro poſſe reſtituat. Alioquin tam ipſam quam eius poſteritatem, & ſi contingat evadere penam preſentis vite, iudex tradet exactori, & exactor carceri infernali: inde non exibunt quoad usque ſolvant noviſſimum quadrantem: quem quia tunc non poterunt ſolvere, non poterunt etiam unquam exire. De XXX. manſis iam XV. reddidit. alios quindecim adhuc habet malo ſuo, & malo ſue poſteritatis, que ſibi ſuccedet in ſic hereditariis peccatis. Ne autem tanti ſacrilegii memoriam deleat oblivio, nos huius cauſe diligentiſſime inveſtigatam ſeriem ſcripto comprehenſam ſervabimus poſteris: & niſi reſipiſcant prefati predii pervaſores tam ipſa Luitkard quam eius filii vita comite, ac Deo diſponente, notum erit ipſis eorum ſepultoribus quod eis nulla debeatur Eccleſiaſtica ſepultura, qui ſponte negligunt & evertunt Eccleſiaſtica iura, contemnuntque privilegia Epiſcopalia ſuper facultates Eccleſiaſticas data, in quibus damnantur, qui eisdem privilegiis adverſantur; ſicut adverſantur Eccleſie noſtre privilegio quicunque temerario auſu retinent aliqua nobis iniuſte ablata, quos Deus dignetur convertere, ne pereant eterna damnatione: Amen.

Incipit Liber fundationum, prediorum & capite cenſum Eccleſie St. Michaelis in Reichersberg.

NUM. I. circa An. 1140.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine Gerloch predium cuiusdam hominis Grifonis in Winthaga ſitum, in manus ipſius delegatum & commendatum, & tres cenſuales Meginhardum, Geroldum, Perchtam, petitione ipſius Grifonis ad altare S. Michaelis in Richerſperg legitime delegavit, ac tradidit in uſum Deo inibi ſervientium. Huius rei Teſtes ſunt *Pilgrim de Potinhoven & filii eius Albwin & Wernhart, Roudprecht de Aſpach & filius eius Dietrich. Werinhere de Marcelineſpach, Chadele de Chadelingen, Ainwig de Friheim, & fratres eius Raheuwin & Hawart, Herrant, Waltere de Tobele.*

NUM. II. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis fidelibus Chriſti tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo Nomine *Albwinus* predium cuiusdam fidelis mulieris, nomine Luitkart in Marcelineſpach, in manus ipſius delegatum & commendatum, rogatu ipſius iam dicte mulieris ad Altare S. Michaelis in Richerſperg legitime delegavit, ac tradidit, in uſum inibi Deo ſervientium. Huius rei teſtes ſunt *Adelbertus de Monaſterio, Walther de Tobele Eckhardus de Petenhoven, Eberhardus de Prame.*

NUM. III. circa An. 1140.

In Nomine Dei ſummi, notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, preſentibus, ac futuris, quod liber quidam homo nomine *Mathfrit* cum petitione, ac manu uxoris ſue *Hadewige* predium ſuum iuxta fluvium, qui dicitur Prama ſitum ad altare S. Michaelis in Richerſperg legitima delegatione contradidit pro remedio anime ſue, & uxoris iam dicte, ac filie Yrmindrudis omniumque conſanguineorum ſuorum ac vivorum. Huius rei Teſtes ſunt per aures

adtracti

adtracti *Pilgrin de Potinhoven & filius eius Albwin & Wernhart Eppo de Grantperg Hainrich de Anteſinperig Walthere de Tobele & filius eius Gebolf & alii.* Idem Mahtfrid pratum quoddam eidem iunctum a quodam fideli nomine .... ſibi delegatum ex ipſius petitione ſuper Altare S. Michaelis legitime tradidit. Teſtes ſunt *Albwin de Petra, Erchinbertus filius eius Hainrich de Anteſinperig.*

NUM. IV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, futuris, ac preſentibus, quod quidam nobilis Homo nomine *Albwinus*, predium filii ſui *Arnulfi* in loco qui vulgo dicitur Perchaha ſitum, legitime contradidit, ad altare S. Michaelis in Richerſperg, pro remedio anime iam dicti filii ſui, huius Rei Teſtes ſunt: *Pilgrimus de Ratenhoven, & filius eius Albwinus, & Erchinbertus de Staine ſupradicti Arnulfi frater, ipſius Albwini filius. Walthere de Tobele Engilbertus de Richerſperg Dietmarus de Staine.*

NUM. V. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam fidelis nomine *Heinricus* cognominatus *Scazſtiſe* tradidit Eccleſie S. Michaeli in Richerſperg tria curtilia, que habuit Ratisbone ante portam Roucini, pro remedio anime ſue & Parentum ſuorum. Huius rei Teſtes ſunt: *Purchardus de S. Paulo Chounradus filius Meregardis. Dietricus de Allenchoven.*

NUM. VI. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus futuris, ac preſentibus quod quidam nobilis homo nomine *Gozoldus de Stillin* predium cuiusdam fidelis nomine Imizonis & uxoris eius nomine Hadewige, ſitum in loco qui vulgari nomine appellatur Rourippe ad Urſprinch in manus ipſius delegatum, rogatu iam dicti Imizonis & uxoris

eius delegavit ac contradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg & duo Mancipia Luipoldum ſcilicet & filium eius Liupoldum in uſum *Converſe filie eius Eliſabeth & aliorum* Deo inibi Servientium, huius Rei Teſtes ſunt, *Erchinbertus filius Albwini de Staine, Pilgrimus de Potenhoven inm dicti Erchinberti Patruus, & filius eius Albwinus. Eppo de Anteſinſperg, Egilolfus de Oſternake, Chadelhoc Concubinalis filius Erckinberti de Moſpach, Waltherus de Tobele.*

NUM. VII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo Adalrammus de *Wiſenberge*, predium cuiusdam fidelis mulieris nomine Adilheit, in eodem loco ſitum, ſcilicet in Wiſenperg, in manus ipſius delegatum petitione iam dicte mulieris delegavit, ac contradidit, ad altare S. Michaelis in Richerſperg. Huius rei Teſtes ſunt, *Albwinus de Staine & filius eius Erchinbertus, Hainricus de Richeriſterf Engiſcalcus filius Engiſcalci de Atirgove.*

NUM. VIII. circa An. 1440.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam nobilis homo *Ulricus de Staine*, dedit S. Michaeli in Richerſperg curtem unam, & Molendinum, in loco qui dicitur Roſſebach, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum & pro filio, qui in eodem Cœnobio comunem vitam elegerat, retento dumtaxat ſibi uſu fructuario ad vitam ſuam. Huius rei Teſtes ſunt, *Burchardus predicti Ulrici filius de Staine, Adelbertus de Holenſtaine, Luitwinus de Tollingen, Riwinus de Schamhoupt, Chounradus de Tontenauhen Erchingerus de Holenſtaine. Wolfherus de Sigenhuſen Dietpoldus de Walde. Bruno de Bertal, Adelbero de Richerſperg, Hainricus & Marquardus de Staine.*

MUN.

NUM. IX. circa An. 1140.

Sciant omnes Christi fideles tam futuri, quam presentes, quod quidam nobilis homo nomine *Hainricus* filius *Pilgrini de Antesin*, dedit S. Michaeli in Richersperg unum predium Tegirnbach situm pro remedio anime sue, huius rei testes sunt: *Albwinus de Staine, & filius eius Erchinbertus. Pilgrimus eiusdem Hainrici Pater, & filii eius Albwinus, & Wernhardus & Regingerus, Hartmannus de Grantperg Hainricus de Nouinhoven Dietricus de Fisinhart. Aingvig de Frihaim & frater eius Herrant, Waltherus de Tobele, & alii multi de eiusdem Ecclesie familia.*

NUM. X. circa An. 1140.

Notum sit cunctis Christi fidelibus futuris & presentibus quod quidam nobilis homo nomine *Erchinbertus de Staine*, predium cuiusdam fidelis *Friderici de Rora* in loco qui dicitur Gnannindorf situm, rogatu ipsius tradidit Ecclesie S. Michaelis in Richersperg. Huius rei Testes sunt: *Regingerus, Hainricus de Houbingen, Dietherus de Rubinwurt, Imiz de pratinperg Hauuardus de Louichlinspach Chadelhoh de Staine.*

NUM. XI. circa An. 1140.

Conradus Salisburgensis Ecclesie Archiepiscopus, dilectis in Christo Richerispergensis cenobii fratribus orationem, & perpetuam in Christo dilectionem. De contrarietate Privilegiorum, unde vos ut audivimus Monachi Formbacenses molestant, quasi de bonis vobis collatis ipsi privilegium privilegio vestro contrarium a nobis habeant, nihil soliciti sitis; sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud Deum, orantibus vobis pro nobis dum utimini Elemosinis Ecclesie Salisburgensis, cui devincti estis, non solum per vinculum

filialis

filialis dilectionis, verum etiam per iustitiam fundationis; quia fundata est Ecclesia vestra in possessione Salisburgensis Ecclesie. Fatemur quidem predictos Monachos optinuisse a nobis privilegium per anticipationes concambio quodam destinato, & nondum in usibus fructuariis conpensato: sed illud privilegium non est firmatum per clericorum nostrorum subscriptiones, vel conlaudationem. Quin potius *cassatum* est per eorum contradictiones, & *ministerialium nostrorum publicam reclamationem.* Non igitur timeatis privilegium quod non est canonice firmatum; immo quod canonibus est contrarium; prohibente sacrorum Patrum auctoritate perpetuas alienationes decimarum fieri; de quibus alienandis contendunt predicti Monachi; quos non consentimus plus habere de iuris nostri utilitate, nisi quantum attinet ad iustam & piam reconpensationem predii, quod Ecclesie nostre contulerunt, quodque vos ex parte habetis per munificentiam nostram. Ut ergo firma sit posteris memoria huius nostre contestationis, hanc paginam sigillo nostro impressam volumus apud vos conservari, quatenus in defensionem iustitie valeat, si quis de cetero factum nostrum quasi non iustum accusabit, & vos per hoc molestare temptabit. Preterea, ne ulla relinquatur litigationis occasio inter vos & plebanos sacerdotes nostros de termino Brambergensis Parochie, notum sit vobis novale Berrichi militis cum silva pertinente ad illud, infra terminos eiusdem Parochie conprehendi; affirmante hoc ipsum rationabili contestatione plebanorum nostrorum, quorum nomina sunt hec *Herrwicus de Lanxenkirchen. Wolfrim de Pittine. Pabo de Vistha. Meginwort de Niwenkirchen. Herimam de Pels.*

NUM. XII. circa An. 1140.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam *Diepoldus nomine Hacingar ministerialis Comitis Gebhardi de Purchusen*, delegavit ad altare S. Michaelis in Reichersberg, quoddam predium

iuxta

iuxta fluvium qui dicitur Pokchenbach ob remedium anime ſue parentumque ſuorum ad omnimodam proprietatem. H. r. t. ſ. *Walterus de Tobell, Adalbertus de Grueb. Nicolaus de Rurrippe.*

NUM. XIII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam fidelis homo *Richkerus nomine de Aichperg* delegavit per manum cuiusdam nobilis viri *Adalrammi nomine de Chambe* ſuper ſacras reliquias ad Eccleſiam S. Michaelis in Richerſperg predium ſuum; tres videlicet manſos & dimidium in loco Clephſingen iuxta flumen Vilſe ſitum, preſentibus & in id ipſum pie & voluntarie conſentientibus uxore ſua & filiis pro remedio animarum ſuarum. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Adalramus; Eppo, & Almarus de Munigin. Richkerus & Wernhart filii predicti Richkeri, Wichpoto & Wernhart frater eius de Orte. Ditpoldus, Selpkerus, Gerhardus, Pilgrimus cognominati Hucingar. Chounrad de Aichperg.*

NUM. XIV. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus hominibus, quod quidam fidelis vir Roudegerus nomine pro remedio anime ſue tradidit cenſualem ad Eccleſiam S. Michaelis Richerſperg Reginhardum nomine ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Wodalricus. Wernhard fratres Roudgeri eiusdem. Gerbot, Albert. Otto omnes de Pigarten.*

NUM. XV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, preſentibus & futuris quod quidam *Diepoldus* cognomine *Huzingar* miniſterialis *Comitis Gebehardi de Purchuſen* delegavit ad altare S. Marie, & S. Michaelis quandam *nobilem* feminam, *nomine Wiliburgam* cum duobus filiis ſuis, rogatu ipſius femine ad V. denariorum cenſum. H. r. t. ſ.

Razo Maritus predicte femine Waltherus de Tobel. Hadebertus de Grube. Hartuuicus de Ruripe.

NUM. XVI. circa An. 1140.

Sciant omnes Christi fideles quod quidam fidelis homo *Egilolfus nomine de Hohstat* rogatu cuiusdam fidelis femine *Hacicha* nomine item *de Hohstat*, tradidit ad altare S. Michaelis Richersperg servum predicte mulieris Fridericum nomine, arte fabrum, in manum fidelitatis eius ante delegatum a prefata muliere, super altare S. Michaelis delegandum, quod fideliter iam dictus Eglolfus persolvit. H. r. t. s. *Etich de Adloltingen* & frater eius *Megenhard de Geginberg. Wigandus de Wilbach. Wolscalcus de Munstuur. Waltherus filius Waltheri de Tobele.*

NUM. XVII. circa An. 1140.

Sciant omnes Christi fideles tam futuri quam presentes, *quod* quidam nobilis homo nomine *Wernhardus filius Pilgrimi de Antesin* dedit S. Michaeli in Richersperg predium in loco, qui dicitur vulgari nomine Rutte situm. H. r. t. s. *Pilgrimus eiusdem pueri Pater, & filii eius Albuinus & Regingerus. Eppo de Antesinperg. Gunther de Gerbrueteskirch, Luitoldus de Albrechtshaim & Dietmarus frater eius. Sigboto de Geginbach.*

NUM. XVIII. circa An. 1140.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, futuris & presentibus, quod quidam fidelis homo nomine *Sigboto de Geginbach* predium suum in eodem loco scilicet in Geginbach delegavit, ac contradidit ad altare S. Michaelis in Richersperg, pro remedio anime sue, & parentum suorum. H. r. t. s. *Pilgrimus de Antesin & filii eius Albinus, & Regingerus. Eppo de Antesinberg. Gunter de Geginbach. Waltherus de Tobele. Ainwicus de Frihaim.*

NUM.

NUM. XIX. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, quod quidam fidelis homo nomine Penz prediolum, quod habuit in Wiſinperg ſitum, dedit S. Michaeli in Richerſperg. H. r. t. ſ. *Pilgrimus de Anteſinperg & filii eius Albuinus & Reginherus. Eppo de Anteſinperg. Luttoldus de Albrechtishaim & Dietmarus frater eius. Sigboto de Geginbach. Waltherus de Tobele.*

NUM. XX. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine Roudpertus cum uxore ſua Richiza poteſtativa manu & incontradictorie tradiderunt ad altare S. Michaelis in Richerſperg predia ſua, que habebant in Hochſtat: exceptis prediis Iſenrici & Pilgrimi. Tradiderunt etiam predia ſua in Vechlchirn iuxta Wilbach ſita, & Luichlinesbach; ea videlicet conditione, ut ipſi uſum fructuarium eorundem prediorum in vita ſua obtineant pro ſuo velle; morientibus vero illis aut ipſum fructuarium uſum cauſa Dei ultro deſerentibus, in ſervitio fratrum *ac ſororum* in Richerſperg vita communi viventium predia preſignata cum omni ſua utilitate queſita, & inquirenda perdurent in perpetuum. H. r. t. ſ. *Albwinus de Petra, & filius eius Erchinbertus. Pilgrimus de Anteſin & filii eius Albwinus, & Regingerus, Wigant de S. Udalrico & Waltherus frater eius de Hagnin. Eppo de Grantperg. Otto de Swibir. Hawardus de Luichlineſpach. Etich de Adeloltingen & frater eius Meginhardus de Geginperg. Pero & Ainwicus de Frihaim.*

NUM. XXI. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam fidelis homo nomine *Egelolfus* predium unum in loco, qui dicitur Aminbach ſitum, dedit S. Michaeli in Richerſperg per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Erchinberti de Staine* pro re-

medio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Hainricus de Hugin. Gebolfus de Gailſpach. Albwinus de Anteſin. Hadmarus de Haibling. Eberhardus de Inchove. Dietherus de Rubiuurt. Pero de Frihaim.*

NUM. XXII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo nomine *Rumoldus* predium cuiusdam fidelis nomine Rudigeri tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg. H. r. t. ſ. *Albwinus de Staine, & filius eius Erchinbrus. Pilgrimus, & filius eius Albwinus. Ainwicus de Frihaim. Waltherus de Tobele.*

NUM. XXIII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam liber homo nomine *Wichardus de Nahtirgin* cum uxore ſua *Hadewiga* predium ſuum in loco qui dicitur Alchinsdorfe ſitum tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg legitima delegatione. H. r. t. ſ. *Ottepoldus de Atergowe. Wernhart de Alchkerſtorf. Engeſcalcus de Waſin. Arnold de Atergowdorf. Racco exactor*, & alii &c.

NUM. XXIV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam fidelis mulier nomine Chriſtina tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg, quoddam predium in loco, qui dicitur Penneperg ſitum poſt mortem duorum filiorum eius *Chounradi & Chriſtine* pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Walchoun miniſterialis Eccleſie Patavienſis Arnoldus de Sulsbach. Hermanus de Poſſmiunſtiur.*

NUM. XXV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Hainricus de Trimian* predium ſibi delegatum ab avun-

avunculo ſuo Amilberto ſitum inter Priesbach, & Dahſekke cum ſilva illud contingente & ad illud pertinente rogatu eiusdem Amilberti firma delegatione tradidit ſuper reliquias ſacrorum de Richerſperg in uſum fratrum Deo inibi ſervientium ſub Regula S. Auguſtini. Suſcepta eſt autem hec traditio a venerabili Salisburgenſi Archiepiſcopo *Chounrado* preſente *Hartmanno Prixinenſi & Romano Gurcenſi Epiſcopo*. H. r. t. per aures adtracti ſunt hi quorum nomina ſubnotamus. *Marchio Engilbertus. Udalricus de Laibach frater Ducis. Hainricus de Buckes. Hermanus de Terra. Hainricus de Trimian & miniſteriales Eccleſie Salisburgenſis Engilſcalcus de Frieſach, Gotefridus de Wietingen. Megingocz de Suriberg. Luitoldus de Siediſtorf. Wiſint Pincerna. Miniſteriales Marchionis Engilberti Werinherus de Poutinberc. Engilram de Criwich. Hartmannus & Helinbrecht de S. Martino, &c.*

NUM. XXVI. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam liber homo nomine *Dietherus* rogatu Toute fidelis femine tradidit predium ipſius Toute in loco, qui dicitur Muckenwinchel ſitum, & ſui ipſius proprium predium in loco dicto Hochenhar ſitum, una & eadem delegatione tradidit, ad altare S. Michaelis in Richerſperg, ad omnimodam proprietatem. H. r. t. ſ. *Roudpertus de Aſpach, Wernhardus & fratres eius Erchinbertus, & Hartwicus de Moſpach. Gebolfus de Gaileſpach. Ætich de Adeloltingen, Herrant de Wilbach. Wernhartus de Frihaim. Engilſcalcus de Tobele.*

NUM. XXVII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Wingandus* rogatu *Epponis*, & uxoris eius Adelheidis tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg ad omnimodam proprietatem predium in loco qui dicitur Hebenesbach, & Pilgrimum cum filiis ſuis ad omnimodam ſervitutem. H. r. t. ſ. *Roudpertus de*

Aſpach, Wernhardus de Riede & alter Wernhardus de Moſpach. Erchinbertus de Staine. Pilgrimus, & filius eius Albwinus de Anteſin, & filius prediſti Epponis, Rapoto de Anteſing.

NUM. XXVIII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam liber homo nomine Ortwinus rogatu Gotefridi tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg predium in loco qui dicitur Geginningen ſitum. H. r. t. ſ. *Roudbertus de Aſpach. Dietrich de Poumgart. Ettich de Adeloltingen, Cumpolt Egelolf & Reginolt homines prediſti Dietrici.*

NUM. XXIX. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Egelolfus* rogatu nobilium virorum *Wernhardi & Rikeri* tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg predium in loco qui dicitur Reinl ſitum, ad omnimodam proprietatem. H. r. t. ſ. *Roudbertus de Aſpach, Pilgrimus, & filius eius Otto de Anteſin. Erchinbertus de Staine, Rickerus & Wicpoto & Udalricus de Aueſternai, Waltherus, & Engilſcalcus de Tobele &c.*

NUM. XXX. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo nomine *Reginwardus* delegavit predium ſuum ad altare S. Michaelis in Richerſperg ſibi ipſi, vel ſue ſorori, vel etiam quorumlibet filiorum ſue ſororis ſolvendum IV. Marcis, ſi ſolvere voluerit: ſi vero alter ſolvere voluerit XV. Marcas perſolvat. H. r. t. ſ. *Bernhardus de Merlingen Udalricus de Harbach, Burchardus & Fritelo & alter Udalricus de Mouczingen.*

NUM. XXXI. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod quidam fidelis homo nomine *Tagen de Goſpre-*

ches.

thesheim unus de miniſterialibus Salisburgenſis Eccleſie tradidit, ac delegavit ad altare S. Michaelis in Richerſperg predium ſuum, quod habebat iuxta Merenbach, in loco qui vulgariter nominatur Uſterpurch; ob remedium anime ſue, parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. *Amelbret filius ſororis iam dicti Tagenonis. Otto de Ourottesmunſtur.*

NUM. XXXII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo, *Wernhardus* nomine tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg rogatu *Dietpoldi filiorumque eius de Locheim* predium quoddam in loco, qui dicitur Vihuſen ſitum. H. r. t. *Regingerus, & frater eius Wernhardus de Riede. Amelbertus Gener predicti Wernhardi. Megenhardus & filius eius alter Meginhardus de Gurten. Ainwicus & filii eius Wernhardus & alter Ainwicus de Frihaim. Waltherus & filii eius Wulfingus & Udelſcalcus de Tobele.*

NUM. XXXIII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam liber homo nomine *Wernhardus de Gurten*, delegavit ad altare S. Michaelis Richerſperge predium fratris ſui *Hecel* dicti iuxta Gurtem ſitum ſicut ipſe vivus diſpoſuerat, & familiam eiusdem fratris ſui delegavit ad V. denariorum cenſum. H. r. t. ſ. Ipſe delegator *Wernhardus & Udalſcalcus filius avunculi eius de Gurten. Wernhardus & Ainwicus de Frihaim. Willehalm de Marcelineſpach. Rahwinus de Gurten.*

NUM. XXXIV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo nomine *Albwinus* predium ſuum Stainpochin dictum & pratum in Anteſin ſitum ſibi a paren-

tibus

tibus ſuis in partem hereditariam delegatum conſentientibus abnegantibusque ipſam hereditatem fratribus ſuis, tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg uſui fratrum inibi Deo ſervientium ad omnimodam proprietatem pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. *Pilcrimus de Potenhoven pater ſupra dicti Albwini. Erchinbertus de Staine. Regingerus & Chonradus filii ſupra dicti Pilcrimi. Hadepreht de Gurten. Ulricus & During de Anteſin. Ainwicus de Frihaim. Walther de Gobele.*

NUM. XXXV. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod homo quidam nobilis *Pilgrimus* nomine unacum uxore ſua *Aleruna item nobili* obtulerunt filium ſuum parvulum Chounradum, circiter ſex annorum etatem habentem, in ſervitium Domini in ordine canonicali ad altare S. Michaelis in Richerſperg: ſimul offerentes ac tradentes predium, quod eidem puero pridem ſub certis teſtibus fuerat delegatum, Perchtenhaim dictum, *cum* familia utriusque ſexus eidem predio pertinente: ſimul & *pratum* prope fluvium Anteſin ſitum, pro remedio anime ſue, ac parentum ſuorum in uſum Canonicorum inibi Deo ſervientium. Inſuper & ipſe filius predium iam dictum cum familia ſibi pertinente, eidem altari tradens bona voluntate, quod potuit perfecit. H. r. t. ſ. hii *Etich de Adeloltingen. Ekkehardus & frater eius Vodalricus de Anteſinhoven. Hereuwicus de Polingen. Megenwardus de Frihaim.* Idem Pilgrimus & uxor ſua predium quoddam Hube dictum, & aliud in loco, qui dicitur Route ſitum; dederum in hereditariam portionem filio ſuo *Oudalrico* ad altare S. Michaelis in Richerſperg in omnimodam proprietatem ad ſerviendum Deo in eodem loco.

NUM. XXXVI. circa An. 1140.

Sciant omnes fideles, tam futuri quam preſentes, quod quidam nobilis homo, nomine *Dietherus de Hals*, quendam famulum

ſuum

ſuum Penonem nomine tradidit Eccleſie richerſpergenſi ad cenſum V. denariorum. Idem Peno habebat germanum Manhardum & ſororem nomine Gerdruda ſub imperio & ſervitio adhuc domini *Paldmari* germani *predicti Dietheri:* atque cum his bonis ſuis impetraverat, ut & ipſos prefate delegaret Eccleſie, quod etiam factum eſt auxilio fratris Dietrici eiusdem loci Cellerarii.

NUM. XXXVII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo *Altmannus* nomine *de Prahin* rogatu cuiusdam fidelis hominis *Meingozi de Hibenperhe*, tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg curiam unam in loco, qui dicitur Rouripmounht, ſitam, & predium ſitum in loco Coughube dicto, & dimidium manſum ſitum in loco qui dicitur Prahm cum molendino adiacente & ſilvam Skeirigenholz dictam cum prato adiacente; pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Meingozus & Leupoldus filius prefati Altmanni. Werhardus. Herneſt, & Hettfolcus omnes de Prahm Hertniht de Hibenberche, Hertniht & Walcoum de Wirtinge. Waltherus de Tobele.*

NUM. XXXVIII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Iſinrichus de Annendorf*, quidquid poteſtatis *ex iure fundi* habuit, in capella S. Petri Apoſtoli a patre ipſius *Iſinrico* fundata annuente *Heinrico* venerabili Ratisponenſi Epiſcopo donavit cenobio Richerſpergenſi, ſuper ſacras reliquias in manum prepoſiti Richerſpergenſis Gerchohi: quo laudante predictus Iſinricus debet in predicta capella & eius cimiterio habere comoditatem in introitu turris per Iannuas & aliis refugiis, ad tutelam ſibi ſuisque ſucceſſoribus ad ſalutem neceſſariis, in quantum fieri poteſt & decet ſine querela iuſta, & ſine crimine. Advocatiam quoque predicte

capelle iam dictus *Ifinricus* & quilibet eius in vicinis curtibus ſuis ſucceſſor legitimus habebit ad utilitatem predicte capelle: in qua presbiter de ipſo cenobio miniſtrare debebit ſi facultas ipſius capelle Deo donante in tantum augmentata fuerit, ut hoc decenter & ſalva religione fieri poſſit, nomina vero teſtium *Alewig. Heriwig. Ouldalſcalc & filius eius Wolfram. Dietmar & Roudiger & Walthere. Hi omnes de Annendorf. Haug de Pholeſowe. Ekkolf de Sconenberg. Weregant de Windeberge. Heinrich de Starkratiſperge.*

NUM. XXXIX. circa An. 1140.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Alwig de Annendorf* rogatu cuiusdam nobilis viri *Ifinrici de Annendorf* & uxoris eius *Benedicte* poteſtativa delegatione tradidit cenobio richeriſpergenſi curtem unam in villa, que dicitur Heidolvingen in oblationem ad filiam ipſius *Ifinrici*, & Benedicte ſervitio Dei deſtinatam, quam curtem predictus *Ifinricus* eidem *Alewico* in hoc ipſum perficiendum delegaverat. H. r. t. ſ. *Ifinricus*, & omnes qui etiam ſupra.

NUM. XL. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam nobilis Matrona nomine *Hiltegardis* relicta *Domini Herthwici de Hagenowe*, ipſum caſtrum Hagenowe cum predio ſuo adiacenti, duas videlicet curtes cis enum fluvium, predium etiam ſuum ultra flumen in villa Lengendorf ſitum, cum duabus vineis eidem predio pertinentibus; predium quoque in Ripa Iſare fluminis ſitum, curtem videlicet unam ac duas hobas, que *Viechpach* dicuntur cum VII. vineis adiacentibus; ad altare S. Michaelis in Richerſperge, in uſum canonicorum inibi Deo ſervientium, ob remedium animarum, ſue videlicet, ac viri ſui *Harwici*, ſeu parentum ſuorum ad omnimodam proprietatem contradidit. H. r. t. ſ.

Er-

Erchenbertus de Petra. Fridericus de Moſebach. Otto de Antzfin. Eberan de Saverſteten. Etich de Adeloltingen. Werenhardus de Ratinhaim. Grife de Gewiſelberch. Berengerus de Chalchaim. Adelbero de Uſhoven. Harnitus de Wirtinge. Walther de Tobele. Adalbertus de Munſture. Tiemo de eadem villa. Wolfchrim de Staine. Sigeboto de Petra. Haingich de Grube. Eckebertus de Horgenbach. Wigandus de Wilbach. Cuono de Hoſtetten.

NUM. XLI. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam fidelis home *Uodalricus* nomine *de Zanzendorf* accepto pretio duodecim talentorum tradidit ad altare S. Michaelis, nemine contradicente, manſum unum Vihuſen ſitum in uſus fratrum inibi Deo ſervientium. H. r. t. ſ. *Sivridus de Purchuſen. Oudalricus de Niderhoven. Oudalſcalcus de Tobel. Albertus de Grube. Dietmar de Lintau. Magnus ſenior & iunior de Wihuſen.* Poſtea prefati *Ulrici filius Ulricus* nomine *Sihtenperch* volens caſſare factum patris, plusquam ad XV. talentorum damnum Eccleſie in navi noſtra pro predicto manſo intulit. Itaque ad cautelam maioris damni prepoſitus tunc temporis Linhardus ab ipſo abnegationem eiusdem manſus optinuit dato ſibi *Suadone* quem quinque talenta ipſe Ulricus eſtimavit. Actum patavie ſub pictura, cum his teſtibus *Wernhardus de Hagnawe. Alterus & frater ſuus Heinricus de Niwenburch. Herimanus de Locheim. Chunradus de Merswanch. Heinricus de Murheim*, & multi alii.

NUM. XLII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam nobilis Matrona *Hiltgardis* nomine tradidit ad altare S. Michaelis Richeriſpergn predium ſuum Mathchoven ſitum ad omnimodam proprietatem pro remedio animarum ſue videlicet, ac mariti ſui & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Eckebertus comes de Nuewenburch. Abramus de Champ. Siggefridus de Craneperch.*

Adelbero de Reimla. Kerunc de Enſtal. Eggelofus & Marquardus de Poubleſpach. Heimo de Perge. Arnolt de Route. Eberhart de Cuntaling Engelſalcus de Tobele.

NUM. XLIII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Erchinbertus* nomine *de Steine* unacum uxore ſua *Chunigund* nomine tradidit ad altare S. Michaelis Richeriſperge in oblationem *filie ſue, ipſo in loco ſervitio* Dei deſtinate, predium, quod habebat in loco, qui dicitur Percha ſitum cum vinea & curtuli in Aſcha ſita. H. r. t. ſ. *Diemarus & filius eius Sigboto de Porenhem. Pertholdus de eodem loco. Etticho de Adelolting & frater eius Megenhardus de Gengenberh. Hathpreth & Heinricus de Grube. Herthnith, Walcun-Bertholt de Wirting. Adelbertus & Timo de Munſtur, Sigboto, Wolfgrin. Dietmar Oudelſcalch & frater eius Wernher omnes de Steine, Waltherus & filii eius Oudelſcalcus & Oulfingus de Tobele.*

NUM. XLIV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quedam fidelis mulier *Adelheidis* nomine *de Grandeberc* conceſſione domini ſui comitis *Gebehardi de Purchuſen* tradidit ad altare S. Michaelis Richeriſperg *in partem* & ſubſidium filiarum ſuarum petriſſe & perchte inibi Deo famulantium, predia ſua in locis Touffanbach, Hebenſpach & Meroſingen ſita; cum Achilino & filiis eius V. qui idem predium Meroſingen incolebent, ſed & pro anima filii ſui *Rapotonis* tradidit mediam partem manſus in Meroſingen cum filiis Luitpoldi, qui eum incolebant. H. r. t. ſ. *Wernherus de Pounhtbere. Wernharth de Prame. Wernhardus de Pigarth. Pertholdus de Grandeberc, Pertholdus Mangharth cognomine, item Perholdus de Horth. Rapoto de Grandeberc. Altmanus de Prame.*

NUM.

NUM. XLV. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Regingerus de Riede* tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperg vineas, quas in dominicali ſuo habebat Aſchah ſitas, cum cortilibus & omnibus neceſſariis ad easdem pertinentibus. H. r. t. ſ. Erchenbertus de *Staine. Otto de Anteſen. Ecckehardus de Frihen. Dietricus de Fiſenharth. Pertholdus de Reinbach.*

NUM. XLVI. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus quod quidam fidelis Homo *Dietherus* Nomine una cum uxore ſua *Matthildi* tradiderat ad altare S. Michaelis Richerſperg *portum in utraque parte Ripe Yni* fluminis *di Uburphar* vulgariter dictum & ipſum *nautam* coteſcalcum nomine ad quinque denariorum cenſum contradiderunt; poſt mortem videlicet utrorumque: dimidium vero Manſum, quem habebant in Grandeberc ſitum tradiderunt ad omnimodam proprietatem in uſus fratrum inibi Deo ſervientium. Huius rei Teſtes ſunt: *Erchenbertus de Steine, Eppo de Hohenchutzen.*

NUM. XLVII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam fidelis Homo *Bernhardus* Nomine de *Ruripe* delegavit predium cuiusdam .... peticione videlicet ipſorum, ſitum in loco qui dicitur Oude ad altare S. Michaelis Richeriſperg. Huius rei Teſtes ſunt: *Herhardus de Vihebach, Waltherus de Tobele, Harthmith de Wirtingen Sigeboto de Staine Oudeſchaleus de Munſtur. Hartmanus de Urſpringe &c.*

NUM. XLVIII. circa An. 1140.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis Homo *Erchenbertus Nomine de Steine* predium cuiusdam *Folcrati, Gurth*

situm, quod erat in manus eius delegatum, tradidit ad altare S. Michaelis Richerisperge, petitione videlicet ipsius *Folcradi* ad omnimodam proprietatem in usus fratrum inibi Deo Servientium. Huius rei Testes sunt ipse traditor. *Enchelbertus Comes Hallenfis & filius eius Gebehardus nomine. Marquardus de Amrang Segefridus de Leimigen. Heinricus de Hethlingen, Kadelochus & Otto de Steine Heinricus de Grube Ecchebreth de Gurt. Waltherus & filius eius Oudelfcalcus de Tobele.*

NUM. XLIX. circa An. 1140.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quedam fidelis Mulier *Pertha* nomine *de Gurth* tradidit ad altare S. Michaelis Richerfperge predium suum eodem loco situm ad omnimodam proprietatem Huius rei Testes sunt *Regengerus de Riede Erchenpertus de Mofebach, Megenhardus de Gengeberch, Regenbertus, & Regel de Gurth. Kadelochus de Steine Ecchehardus de Friheim Waltherus de Tobele Adlbo & frater eius Gerhardus de Hufruch.*

NUM. L. circa An. 1140.

Sciant omnes Christi fideles, quod quidam nobilis Homo, *Dietmarus* Nomine predium cuiusdam *Eberhardi, Antefen* situm in manus eius delegatum rogatu ipsius tradidit ad altare S. Michaelis Richerfperge ad omnimodam proprietatem. Huius rei Testes sunt: *Amelbertus de Egeling, Eberhardus, Walterus de Tobele.*

NUM. LI. Anno 1140.

Omnium fidelium tam presentium quam futurorum notitie tradidimus, quemadmodum vir quidam nobilis *Balduinus* nomine cum filio suo *Egelolfo* seculum relinquens & regularis vite converfationem fuscipiens, predia sua sita in locis, qui dicuntur Kadoltesdorf & riede; duas videlicet curtes & dimidium manfam in alio

fundo

fundo iuxta iam dicta predia ſito, qui etiam riede vocatur cum viginti Mancipiis, quos ex poteſtativa poſſeſſione tradere poterat, preter eos, quos filialibus ſuis deſtinaverat, legitima delegatione de poteſtativa manu, pro redemptione anime ſue, parentumque ſuorum in uſus Deo ſub ſpeciali regularique profeſſione ibidem ſervientium contradidit, ſub preſentia, & aſtipulatione Teſtium, quorum Nomina conſcripta ſunt: *Regengerus de riede, Dietericus de Poumgarten, Erchenbertus de Moſebach Ethic de Merſuuanch & Heinricus filius eius, & Heinricus filius Sororis eius. Kadelhohus de Steine, Siboto frater eius. Amelbertus de Ergelingen Ekhehardus de Antiſinhoven Degeno de Gotpretesheim Waltherus de Tobele, Hertnidus de Wirtingen. Meginhardus de Gurtin.*

NUM. LII. circa An. 1150.

Omnibus tam future, quam preſentis etatis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod vir quidam conſpicue Nobilitatis *Weringardus* Nomine, de *Roumetingin* predium, duas videlicet Curtes & molendinum Roſpach ſitum, quod Eccleſia Patavienſis iure proprietatis eatenus poſſederat in manum ſuam per manum Advocati eiusdem Eccleſie *Comitis* ſcilicet *Pertholdi de Pogene*, rogatu Domini Counradi predicte patavienſis Eccleſie Epiſcopi traditum annuente Cleri & *miniſterialium* conſenſu Eccleſie S. Michaelis Richerſperge, per concambium alterius predii Hagenouue ſitum, quod eadem Richerſpergenſis Eccleſia a quadam nobili femina pro anima viri ſui defuncti ſibi legitima delegatione collatum ſuſceperat, itemque alius predii in villa, que dicitur Lubes in partibus orientis; iuſta delegationis lege contradidit teſtibus conſueto more tractis, ſubnotatis, & conſcriptis, quorum nomina ſunt hec, *Erckenpertus de Moſepach, Ouldalricus de Atanache Ettich de Adeloltingin & Heinricus filius eius* item *Heinricus filius ſororis eius, Purkart de Pruckeberc filius Gebolfi de Geiliſpach. Walterus de Tobele & filius*

eius

eius Wigant homo predicti Etinchonis. Heinricus de Grube Hadebertus de Grube & alii plurimi.

NUM. LIII. circa An. 1150.

Vir quidam note libertatis Dietricus Nomine de *Annenfizen* petitione religiose femine *Hemme* & filii eius *Offonis de Wesen* legitima delegatione tradidit Ecclesie S. Michaelis Richersperge predium situm apud Capellam pro redemptione coniugis eiusdem iam dicte Mulieris *Manegoldi* videlicet, & filii *Marcwardi* & ceterorum parentum liberorumque suorum salute, & ne traditio hec tam future quam presentis cognationis notitie queat aboleri, litteris mandatam servare curavimus, consignatis & conscriptis testibus, quorum presentia huiusce rei factum aprobatum est, sunt autem hi, *Richerus de Hosternahe, Etich de Adeloltingen & eiusdem filius Heinricus & filius sororis eius Heinricus. Counradus de Sigeherthingen. Arnolt. Counradus Witego Ouldalricus milites iam dicti Richeri. Hadebertus de Grube Waltherus de Tobele & filius eius Waltherus.*

NUM. LIV. circa An. 1150.

Vir quidam nomine *Warmundus* liber, predium situm iuxta pramam fluvium petitione cuiusdam ministerialis comitis *Eggeberti* nomine Megengoti potestativa manu, prout *habet ius & ratio legitime delegationis*, tradidit Ecclesie S. Michaelis Richersperge in perpetuum usum ibidem Deo servientium, que traditio ne in posteras cognationes a memoria deleatur, subnotatis & conscriptis testibus presenti pagine inferta est, hec autem sunt Nomina Testium, *Walterus Engelscalcus de Tobele, Walterus filius Walteri, Counradus filius Elichonis de Adeloltingen.*

NUM. LV. circa An. 1150.

Notum esse volumus omnibus tam future quam presentis & aliis fidelibus, quod Ecclesie nostre femina quedam Hazecha nomine,

mine, permissu domini sui Comitis *Eggeberti* omnia mancipia sua legitima delegatione tradidit super altare S. Michaelis, in usum perpetui servitii Deo famulantibus, in Richerspergensi Cenobio. Huius rei Testes sunt: *Gotescalc de Winhage, Dietmarus Puseman Waltherus de Tobele, & Filius eius Waltherus.*

NUM. LVI. circa An. 1150.

Vir quidam nomine *Bernhardus* rogatu patris sui prediolum situm in loco qui dicitur Scergaren legitima delegatione tradidit super altare S. Michaelis per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Routberti de Rarrippe*, ea conditione, ut debitum censum pro qualitate predii ipse ille qui tradidit Bernhardus annuatim inde solvat: scilicet pro salute & remedio anime patris sui, cuius rogatu delegatio facta est, & matris & ceterorum parentum suorum: sunt autem hi Testes delegationis *Erckkenpertus de Steine, Ruetbertus de Ruehrippe Ortwin de Sceregaren.*

NUM. LVII. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod ego *Ekkebertus Comes* ammonente simulque cooperante pie memorie mea *Matre Willibirga* fratribus in Richerspergensi cenobio Deo servientibus ob remedium anime mee & matris mee animarumque parentum meorum in perpetuum concessi, & firmavi liberum transitum in flumine Ino iuxta castrum meum Niwenburch; ita ut nullus hominum ex nomine meo vel meorum successorum illic angariare presumat naves bona ipsorum portantes, vel inferre illis ibi quodcunque molestie seu violentie. Huius rei Testes sunt: *Rapoto de Tekimberc, Liupoldus Troi, Heinricus de Suarzha Sigifridus de Chranichberg Liupoldus de Gutins dapifer, Gerhardus de Glilenfelde Gerboto & Gerhardus de Herla omnes supradicti comitis ministeriales Otto de Stouze, Starfridus de Peechinesdorf.*

NUM. LVIII. An. 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Otto* Dei gratia friſingenſis Epiſcopus venerabili fratri Geroho prepoſito Richerſperge eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Iuſticie ac rationis ordo depoſcit, ut ea que apoſtolice ſedis moderatione fuerunt ordinata, preciſo totius uſurpationis exceſſu nulla debeant a nobis refragatione turbari. Ea qropter dilecte in domino frater tuis poſtulationibus benignum prebentes aſſenſum: ſicut a ſacra romana Eccleſia tibi tuisque fratribus privilegio firmatum eſt, ut de terris, quas propriis manibus, aut ſumptibus colitis ſeu de animalibus veſtris, nullus decimas exigat: ita quoque nos tibi ſpecialiter in terris, quas per noſtrum Epiſcopatum poſſides, tuo iuſto labore cultis vel excolendis ſeu de nutritura animalium tuorum decimas concedimus preſentisque ſcripti privilegio comunimus: ſtatuentes ut nulla deinceps eccleſiaſtica ſecularisve perſona eas invadere aut imminuere qualibet occaſione preſumat; ſed preſentis ſcripti authoritate ſemper tibi integre permaneant tuisque tuorumque idoneis uſibus iugiter profuture. Ut autem hec noſtra conceſſio firma & inviolata omni tempore permanet, literis eam notari, ac ſigilli noſtri inpreſſione ſignari fecimus, ego Guntherus Abbas *S.* Stepani S. ego Oudalricus decanus maioris Eccleſie S. ego Otto prepoſitus S. Andree S, ego Hermanus S. Petri prepoſitus S. ego Ottmarus decanus S. Andree S. ego Bertoldus canonicus maioris Eccleſie S. Data Friſinge per manum Radwini anno ab incarnatione Domini MCLV. ind. prima anno vero D. Ottonis friſingenſis Eccleſie venerabilis Epiſcopi XVII. feliciter Amen.

NUM. LIX. An. 1154. & 1169.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Eberhardus Dei gratia Bambergenſis Epiſcopus ſecundus. Quamvis neque qui plantat, neque

neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus; ſcientes tamen, quod unusquisque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem: notum fieri cunctis Chriſti ac Eccleſie fidelibus cupimus, tam preſentibus quam futuris, qualiter dilectiſſimi domini fratris noſtri, venerabilis Iuvavenſis Atchiepiſcopi Eberhardi, ſed & dilecti filii noſtri Gerhohi richerſpergenſis prepoſiti, nec non eiusdem loci dilecte nobis Congregationis piis petitionibus annuentes, ex conſenſu Eccleſie noſtre tam ex clero, *quam ex miniſterialibus* fidelium, fideli noſtro *Odoacrio Marchioni de Stira*, de quodam beneficio, quod a nobis habuit, cum iam dicta Richerſpergenſi Eccleſia facere concambium conceſſimus; cupientes absque Eccleſie noſtre detrimento prefate Eccleſie, ex vicinitate prediorum in eius ius ex noſtra ditione cedentium in paſcuis, pratis, aliisque utilitatibus plurima commoda prevenire; noſtrique ob hoc in eodem loco ad Deum, tam in vita, quam in morte in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam dicto Odoacro villam, que *munſtur* dicitur cum viculis eidem ville adiacentibus in manum noſtram reſignante, ac reſtitutionem concambii de manu noſtra in feudum recipiente de parte Richerſpergenſis Eccleſie data ſunt predia que viris eorum erant in villa, que Roſpach dicitur iuxta decurſum fluvii, qui Chalbaha nominatur; tres videlicet curtes villicales cum adiacentibus molendinis, itemque manſo eidem ville contiguo nec non & duabus partibus decimarum de tota villa, ſimul & eorum viculis quibusdam ville adiacentibus: inſuper vero & alia predia in confinio Ini fluminis taxatis redditibus, agri culti circum viginti manſos ad rationem concambii. Hec itaque predia cum pratis, paſcuis & ſilvis eisdem pertinentibus, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus exitibus & redditibus nec non & omnis generis utilitatibus data ſunt per manum *Chounradi de Pilſtaine* Iuvavenſis pariter & Richerſpergenſis Eccleſie advocati atque in manum legatarii *Regingeri de Rieden* nobi-

lis viri Ecclesie nostre confirmata sunt de iure predictarum Ecclesiarum in ius Ecclesie nostre Bambergensis omnimodis transponenda. De parte vero nostre Bambergensis Ecclesie data est villa eidem richersbergensi cenobio contingua, que *Munstur* dicitur cum adiacentibus sibi curtibus seu viculis circa XX. mansos agri culti, castro simul quod *Staine* dicitur cum agris adiacentibus, & ripa ipsa in qua situm est, quantum nos attinuit, usque ad medium fluminis Ini: duabus quoque partibus decimarum ex eadem villa & viculis adiacentibus, in rationem concambii deputatis. Hec itaque predia cum pratis, pascuis, silvis, piscationibus, molendinis, eisdem pertinentibus, cum aquis, aquarum decursibus, exitibus, & redditibus & omni utilitate quesita & inquirenda, data sunt per manum domini nostri *Regis Friderici Ecclesie nostre advocati*, perque manum iam dicti *Odoacri de Stira* ipsorum prediorum defensoris, nostra concessione & presentia, in manum comitis *Pertholdi de Anedecks*, de iure nostre Bambergensis Ecclesie in ius & ditionem Richersbergensis Ecclesie omnimodis transfundenda. Atque ut hec commutationis donatio firma & inconvulsa in perpetuum permaneat, Sigilli nostri impressione hanc cartam inde conscriptam signari precepimus, testes quoque iam dicte donationis per aurem attracti sunt hii. *Hainricus Dux Saxonie. Hainricus Dux Karinthanus. Pertholdus Dux Zaringe. Odoacer Marchio de Stira. Comes Ernest de Hohenburch. Walterus de Mallentine. Ruipertus de Tiuren. Amigo de Aquilegia. Friderich de Wellenhaim. interfuere etiam Pergrinus Patriarcha aquilegensis. Illinus Archiepiscopus Trevirensis. Arnoldus Archiepiscopus Colonien sis. Ortliebus Basilien sis Episcopus. Hermanus Constantien sis Episcopus. Chounradus Wormatien sis Episcopus. Arditio Chumanus Episcopus. Gerwigus Concordien sis Episcopus. Wigbaldus Corbaien sis ac Stabulen sis Abbas. Marquardus Vulden sis Abbas. Adelpertus prepositus aquen sis. Otto comes Palatinus de Wetelinespach*, & alii ex principibus quam plurimi. Acta sunt hec territorio Brixiensi anno incarna-

carnationis Domini MCLIV. indictione IIXVI. Kalendas Decembris. Regnante domino Friderico glorioso Romanorum Augusto. Anno Regni eius VI.

His ita peractis denuo lis exorta est *Hainrico*, qui feudum illud a *Marchione de Stira* tenebat, asserente concambium illud non esse legitimum; tum quia se insscio factum est, *quia infra annos erat*, tum etiam quod minus valeret, quod datum fuerat. Hac itaque necessitate compulsi fratres de Richersperg en de concambio iam prefato a nobis interpellati & satis diu ex inprobitate exactoris illius onerati; tandem ut nullus scrupulus remaneret, & omnes obstrueretur, superaddiderunt duas curtes, unam videlicet in Rospach, alteram in Osterndorf, ita quod tam nostri fideles, quam ipse Hainricus & sui fautores sufficere iudicarent ad legitimum concambium. Iuris itaque perpetui vinculo predictam commutationem inodamus; statuentes, ut nemo ausu temerario eam violare presumat, & ut inviolabilis omni evo permaneat, vigorem & stabilitatem presentis scripti auctoritate ei confirmamus, & sigilli nostri inpressione corroboramus. T. h. r. consumate s. *Gisilbertus Prepositus Majoris Ecclesie. Hermanus Prepositus S. Marie in Tuerstat, Geberhardus Prepositus S. Iacobi, Gothaldus Choriepiscopus. Chounradus Cellerrarius, Hermanus Subdiaconus. De liberis, Waldricus, Walpoto, Woudalricus de Wiskenvelt; Gozpoldus de Wolfesperch, Adelramus de Chambe. Poppo de Osternah De ministerialibus Gundlohus de Bodlendorf, & nepos suus Gundlohus. Herdgen de Wisintowe, & frater suus Volram. Hainricus de Widen, Reinolt de Vra, Otto Pincerna Hartlieb de Winhere Rapot de Potenstain. Eppo de Hergoltingen,* & alii &c. Actum ultimo Bruvininge anno Domini Incarnationis MCLXIX. Indict. II. regnante Friderico Romanorum Imperatore invictissimo anno regni eius XVII. Imperii vero XIV. Preterea hic in fine pagine addimus, quod fratres Richersperg enses dede-

runt iam dicto Hainrico pretium Caſtri LX. talenta ad componendam pacem firmam in perpetuum ſicut & prius dederant Marchioni quinquaginta talenta. NB. data ſuerunt centum L. talenta: ſed ideo ſexaginta poſita, ne Marchio cognoſceret, & pro ſui dignitate dari ſibi plus expoſceret.

NUM. LX. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod fidelis puer nomine *Otto* tradidit ad altare S. Michaelis predium nomine Partrichshaim ſitum iuxta Routippe, per manum cuiusdam nobilis viri Walchoun. H. r. t. ſ. *Altmanus de Gegenbach, Walchoun de Aiche Perchhart Siboto Hainricus Wilehalm Luitwin Laholt, Gerhart, omnes de Aiche Albero Arnolt de Gauwoltshaim.*

NUM. LXI. circa An. 1150.

In nomine ſancte & individue Trinitatis: notum ſit in omne futurum tempus, cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam vir ingenue libertatis *Waltherus* nomine predium ſuum ſitum in fundo, qui dicitur Hegeningin tradidit Eccleſie S. Michaelis Richerſperge in uſus perpetuos in eodem loco Deo ſervientium, legitima delegatione, cum omnibus attinentibus eidem predio, ſilvis ſcilicet & paſcuis, molendinis & pratis, ſimul & mancipiis Herlouch cum filiis ſuis Arnold, Reinhard Roudolf, ob ſpem ſalutis anime ſue omniumque parentum ſuorum. Que traditio poteſtativa manu facta, quo rata ſemper & inconvulſa permaneat, hac conditione firmata, & ſtabilita eſt, ut ſi quis venditione aut concambio illud ipſum predium a prenominata Eccleſia diſtrahere aut alienare preſumpſerit, quicunque prenominato viro vel proximus heres fuerit, in ſuas proprietates retrahere poteſtatem habeat. Huius delegationis idonei teſtes ſubnotati, & conſcripti ſunt quorum nomina ſunt hec, *Erkenpertus de Moſepach, Roudegerus de Aheheim Etich, & filii*

filii eius Heinricus, & Counradus de Merswane, Megenhart de Gegenberge. Heinricus de Wigerotingen. Anwic de Marchluppe. Hainrich de Gruebe.

NUM. LXII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus, quod prepoſitus Richerſpergenſis Conradus, decimas ſolvendas de predio, quod ſitum eſt in fundo, qui dicitur Revele redemerit ab illius Parochie plebano, ipſi datis in concambium quatuor prediolorum fundis, & molendino iuxta fluvium gurtam. Prediolorum autem unum ſcilicet dimidius manſus ſitus eſt in loco qui dicitur *Howarin*, alter dimidius manſus in monte vicino iam dicto fluvio, & in fundo, qui dicitur Antiſinperge; dimidius manſus & Muerheim dimidius manſus. Porro huius concambii conventio auctoritate venerabilis Epiſcopi Patavienſis Counradi annuentibus & conſulentibus clericis & fratribus de Choro dominicalis Eccleſie itemque miniſterialibus primariis patrata diffinita, firmata eſt.

NUM. LXIII. circa An. 1150.

Domino G. venerabili Abbati admuntenſis cenobii frater Gerhoh de Richerſperge orationes, & obſequium. Quamvis peccaſſet Rex Abimelech, adverſus Abraham, tamen dictum eſt ei a iuſto & ſummo iudice; en morieris propter uxorem, quam tuliſti; & ille Domine, inquit, nunc gentem iuſtam & ignorantem interficies; nonne dixit ſoror mea eſt? & dominus ad eum, redde inquit, uxorem viro, & orabit pro te. Quorſum hec? ut tu vir prudentiſſime in ſimili cauſa tibi proſpicias, nec de ignorantiate omnino arbitreris excuſabilem, ſi rem alienam pauperi ablatam vendicabis tibi quomodo libet in poſſeſſionem cenobii tibi commiſſi, Dei gratia copioſe abundatis de rebus iuſte acquiſitis; ita

ut

ut non egeat rebus pauperimo cenobio, ceu cui ego pauperrimus presidere videor, subtractis & alienatis ut mihi videtur in iuste. Nisi forte causa diligenter ventilata iustitie regula demonstret aliud, quod non credo. Vis tibi manifestius aperiri, unde agam vel agere intendam: esto ergo tam benivolus quam docilis imo doctus auditor. Dominus meus beate memorie Chounradus Archiepiscopus eá misericordia permotus, qua & Christus dixerat; *misereor super turbam, quia iam triduo* &c. compassus est paupertati pauperum fratrum, quibus ipse nos prepofuerat: & quia solitus erat in dispensatione sibi credita erga egenos esse largus, larga manu subvenit nobis dando & per privilegium suum confirmando cunctas decimas excepta canonica portione plebanorum, in cunctis novalibus, que in silva Putinensi a loco qui dicitur *Putinowe* usque ad montem, qui dicitur Hartperch in predio *Comitis Ekkeberti* vel tunc essent, vel ex tunc fierent. Erat autem continuatum eo tempore predium comitis ipsius a Putinowe usque ad montem Hartperch. Sed domino meo beate memorie Chounrado Archiepiscopo defuncto & Domino meo Archiepiscopo Eberhardo substituto; cum esset ipse ignarus terminorum presignatorum suggestum est ei a suis decimatoribus iniuriam sibi fieri a nobis & nostris decimatoribus: qua de causa conpellebar Domino meo presentare privilegii nostri rescriptum continens loca terminorum ad nos pertinentium; in quo, cum legeretur de predio *Comitis Ekkeberti* nos collecturos decimas, ut predictum est; inde capta occasione ceperunt hoc Domino meo suggerere ne nobis decimas ullas permitteret ultra *vallem Ungaricum*: eo quod illa terra licet a comite sub titulo proprietatis possessa, non esset sua sed *Ungarorum*. Sustinuimus tunc illam violentiam, putantes familiari ammonitione apud aures Domini mei aliquid nos posse perficere, ad emendationem tante iniurie. At ille nimium credulus nobis contraria suggerentibus, non attendit nobis: imo ut eadem novalia nobis magis essent aliena in

bene-

beneficiavit ea Domino Archiduci *Otacharo*. Sustinuimus, & hanc iniuriam reputantes adhuc recuperare nos posse damnum tale per amonitionem familiarem. Sed ubi audivimus easdem decimas vestro cenobio firmatas per privilegium, non puto nunc silendum in quo mihi videor gravari; ne & vos peccetis per ignorantiam, & nos per negligentiam, creseatque inter duo cenobia longissima querela, quod avertat Deus. Potest autem facile averti & de medio tolli occasio querele; si Domino meo conplacuerit sui antecessoris factum pie considerare, qui non sophistice dedit nobis privilegium super illud predium quod a Comite iam dicto iure proprietatis tunc possidebatur: nulla ibi erat exceptio vel terre, que dicitur Ungarorum vel portionis illius quam postea Dominus Marchio ab ipso comite obtinuit. Si autem pertractatis, que ad rem attinent, videbitur ipsi Domino meo & Domino Gurcensi Episcopo, ceterisque Salisburgensis Ecclesie presidentibus Prepositis & Abbatibus, quod iniusta sit querela mea: ego paratus ero ad quiescendum expectans iudicem illum, qui falli non potest, qui & iudicium faciet iniuriam patientibus. Non autem reputabo me vel meos iniuriam pati, si questionem dissolverint iudices prefignati. Hec scripsi vobis, ut, quia Dominus Archiepiscopus dicitur esse apud vos, cum eo prudenter ac pie pertractetis, quod facto opus sit.

NUM. LXIV. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus quod quidam liber Homo nomine *Wernhardus de Gurten*, delegavit ad altare S. Michaelis in Richersperge predium quoddam Beneventenruth dictum cum omnibus pertinentibus eius, rogatu *Dietheri de Rubenuurt* ministerialis Salzburgensis & uxoris eius *Mathilde*: quod idem Dietherus in manus iam dicti Wernhardi delegavit super reliquias sanctorum in Richersperge delegandum, pro remedio anime sue & uxo-

ris eius iam dicte, parentumque suorum. Huius rei Testes sunt ipse *Werenhardus delegator, & Oudalscalchus filius avunculi eius de Gurten, Werenhardus & Ainwicus de Friheim filii sororis eius Perthe, Wilehalmus de Marcelinespach Rahewinus de Gurten.*

NUM. LXV. circa An. 1140.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod venerabilis Counradus Salzburgensis, Archiepiscopus tradidit ad altare S. Michaelis Richersperge quendam Baltwinum auridatorem & uxorem suam Gwanwib cum filiis suis, & filiabus ad servicium suo & Successorum eius iuri debitum. Predictis tunc censualibus videlicet auridatoribus hoc a preposito Gerhoho indultum proprietate est ut quinque denariorum censum solvant. Idem quoque predictus Archiepiscopus tradidit ad predictum Altare omnes Homines, quorum nomina non erant scripta in libro censualium Salisburgensium; omnes videlicet circa silvam Hohinhart positos ad V. denariorum censum, in festo S. Michaelis persolvendum. Huius delegationis Testes hii sunt Romanus Gurcensis Episcopus *Comes Chounradus de Pileştein: Comes Luittoldus de Plain Comes Gebehardus de Purhusen Comes Engelbertus de Creiburch, Regengerus de Riede Adelbero & filius eius Duringus de Ditramingen, Luttwinus de Salzburch, Waltherus & Engelscalcus de Tobele & alii quam plures.*

NUM. LXVI. circa An. 1135.

Chounradus Dei gratia Salisburgensis Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus notum esse volumus cunctis Christo credentibus quod ego Counradus Dei gratia Salisburgensis Archiepiscopus ad altare S. Michaelis in Richersperg, ad locum quem sumptibus Salisburgensis Ecclesie divine Religioni augmentavi, nec non & fratribus inibi Deo servientibus canonice Religioni studentibus tradidi Richkardam cum filiis & filiabus suis ac omnem familiam

citra

citra ſilvam qui dicitur Hohenhart usque ad montem qui dicitur Husruke & usque ad Inum fluvium, *ad imperiale ius pertinentem* libelloque cenſuali altari S. Roudberti carentem, ut ſervicium noſtro iuri noſtrisque ſucceſſoribus debitum prefate Eccleſie Richerſpergenſi perſolverat. Si vero eidem Eccleſie in perſolvendo debito ſervicio rebelles exſtiterint ubicunque comperti fuerint Eccleſiaſtica communione careant. Huius rei Teſtes ſunt Romanus Gurcenſis Epiſcopus *Engelbertus Marchio de Chreiburch Chounradus Comes de Pilenſtein Liutoldus Comes de Plein Gebehardus Comes de Purehuſen Miniſteriales Adelbero & filiis eius Duringus Luitwinus Wiſint pincerna.*

NUM. LXVII. circa An. 1140.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quedam mulier Toutta nomine cum eſſet iuris Subnenſium dato Talento ipſius loci prepoſito domino Chunoni, fratribus in hoc conſentientibus, abſolvit ſe ab eis cum filiabus ſuis, atque ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum cum eisdem filiabus ac omni Poſteritatis linea ſe tradidit.

NUM. LXVIII. circa An. 1140.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus quod quedam Matrona ingenua nomine *Adelheidis de Veldkirch* conſentientibus liberis Herloiga & Chounigunde tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperg homines ſui iuris Irmgardem cum filiis ſuis &c.

NUM. LXIX. circa An. 1140.

Pateat Chriſti fidelibus, quod quedam Hildegartis cum eſſet *libera* nupſit cuidam Roudeberto de Vichhuſen Cenſuali Eccleſie noſtre unde proceſſit iſta propago quorum hec ſunt nomina &c.

NUM. LXX. circa An. 1149.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod cognatio quedam de *familia* Richersbergensis cœnobii pulsata est coram eiusdem Ecclesie prepositо Gerhoho, quod non esset censualis ad unum denarium, ut ipsa voluit, ac testimonio idoneo firmare proposuit. Sed qui hoc probandum proposuerunt in testimonio defecerunt & ideo sententia iudiciali inter *proprios* Ecclesie famulos deputati fuerunt.

NUM. LXXI. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod femina quedam nomine Roucila pertham filiam suam & Counradum filium perthe prepositus Richerspergensis Ecclesie Gerhohus cum essent proprii Ecclesie persolvit ad quinque denariorum censum. Huius rei Testes sunt: *Reingerus de Riede advocatus Richerspergensis Cenobii & Amelbertus & Wicpoto de Orth & alii quam plures coram Eberhardo Episcopo Salisburgensis Ecclesie factum est istud.*

NUM. LXXII. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quedam fidelis Matrona nomine Siburch per manum *Arnoldi de Nounlingen* tradidit ad altare S. Michaelis in Richerspergе Wolfpertum ad quinque denariorum censum.

NUM. LXXIII. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus quod quidam clericus Baldramus nomine germanus frater eorum qui Hereditario iure possederant curtim Mulberc cum non interfuisset delegationi, qua fratris sui delegaverunt predictam curtim super sacras Reliquias Richerspergensis cenobii; postea superveniens abnegavit super altare

tare S. crucis quidquid iuris habuit, in predicta curte. Huius rei Teſtes ſunt, *Etich, & filius eius Counradus de Merswane. Megenhard & filius eius Etich de Geginberch. Haimricus Concubinarius filius Comitis Gebehardi de Purchuſen.*

NUM. LXXIV. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles quod quedam fidelis mulier *Hadewica* nomine *de Bretenberc* tradidit quoddam predium ſuum Thireſuvel & phorohowen ſitum ad altare S. Michaelis Richerſperge quod predium eiusdem loci canonicus nomine Waltherus ad Hoſpitale pro V. ſolidis comparavit & coram his Teſtibus traditionem fieri fecit; *Diepold de Aichinberg &c.* Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Pilgrimus nomine de Siolinéſprouu* rogatu cuiusdam Meribotonis de familia S. Michaelis tradidit ad altare eiusdem in Richerſperg quoddam predium Geizbach ſitum quod pro ſex ſolidis a prefato Meribotone quidam Waltherus eiusdem loci ſacerdos & Canonicus in uſus pauperum ad Hoſpitale comparavit.

NUM. LXXV. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam fidelis Homo de familia Richerſpergenſis Eccleſie Fridericus nomine cum uxore ſua Heloh nomine cum haberet prediolum ſcilicet *tria iugera per tres Campos* diſtributa conpulſus inedia vendere cogitavit: *habens vero parvulos, qui nondum annos diſcretionis attigerant emptorem non invenit.* Huius negotii qualitas coram eiusdem loci prepoſito nomine Gerhocho ventilata, iuſtitia dictante, ſententia promulgatur: *Hominem ad ſuorum ſuſtentationem parvulorum poſſeſſiunculam poſſe vendere, nec eosdem parvulos adultos vel profectos factum Patris caſſare debere.* Poſt hec quidam ſacerdos eiusdem loci Canonicus Waltherus nomine cum eſſet proviſor pauperum, in uſus eorum ad hoſpitale

prefatum prediolum Friheim ſitum pro ſex ſolidis conparavit; quo dato precio publice ſuper altare nemine contradicente delegatur & contraditur: coram pluribus Teſtibus quorum nomina ex parte ſubter annotata continentur. *Eingelfridus & filius eius Manegoldus de Anteſenhoven Maganus de phikuſen, Werigand & Regenhard de eodem loco, Heribardus & Otto de Eichele Manegolt de Tobele Gerlochus & Meingozus de Aſpach.* Item noverint omnes Chriſti fideles, quod frater predicte Mulieris Heloche Werinhardus nomine portionem quoque ſue Hereditatis quam a fratribus ſuis in legitima diſtributione ſuſceperat tria videlicet iugera cum curtili & prato adiacente, Friheim ſita, predicto ſacerdoti Walthero XIII. ſolidis venundatum ad altare S. Michaelis Richerſperg delegavit. H. r. t. ſ. *Dietricus de Poumgarth Eberhardus de Umesheim Hartlieb de Richerisdorf Roudolfus de Poumgart Oudalſcalcus de Tobele Berengerus de Hagenhowe & reliqui qui ſunt ſupra.*

NUM. LXXVI. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles quod quidam fideles Germani fratres *Wernhardus, Rikkerus, & Hainricus de Rotau* tradiderunt ad altare S. Michaelis ancillam ſuam nomine Toutam ad quinque denariorum cenſum: huius rei Teſtes ſunt. *Goubertus* Miles eorum, *Pertoldus Magnus de Vihuſen, Perhtoldus de Rurike Dietmarus de Hellinshoven.*

NUM. LXXVII. circa An. 1158.

In nomine Sancte & individue Trinitatis Ego Eberhardus Dei gratia Salisburgenſis Archiepiſcopus Gerhoho Richerſpergenſi ſalutem Ea que racionabiliter inter perſonas maxime Eccleſiaſticas aguntur, rationabiliter quoque confirmanda ſunt, ne litis occaſio impoſterum, dum minus putatur ſuboriri valeat. Notum igitur univerſis Chriſti fidelibus, volumus eſſe qualiter decimas patelle in

Halla

Halla ex *Dominicalibus noſtris* Richerſpergenſi Cenobio collate; que decime a bone memorie Balderico Abbate monaſterii S. Petri requiſite, & optente ſunt rationabili reconpenſatione redemimus: ut eadem patella nullas de cetero decimas perſolvat; ſed integra in uſum Richerſpergenſis Cenobii ad ſervicium fratrum ibi Deo militantium noſtra pontificiali donatione permaneat. Hec autem recompenſatio facta eſt de prediis cuiusdam Heinrici Hallenſis civis, cuius cognomentum Serro. Ut autem hec noſtra compenſatio cunctis retro temporibus ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc inde paginam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Actum in civitate Salzburgenſi, XII. Kal. Septemb. An. Dominice incarnationis MCLVIII. Indictione VII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore primo, anno regni eius VII. imperii vero III. noſtri autem pontificatus An. XII. feliciter. Amen. Amen.

NUM. LXXVIII. Anno 1160.

Eberhardus Dei gratia Eccleſie Iuvavenſis Archiepiſcopus, dilectis in Domino filiis Gerhoho Richerſpergenſi Prepoſito, & eius fratribus ſalutem, & ſinceram in Chriſto dilectionem. Quia noſtri eſt officii, ut in diſpenſatione nobis credita religioſas & in Dei ſervitio devotas perſonas manu teneamus & conſoveamus; vobis in hoc tanto devotiores exiſtimus, quanto vos adtencius in Dei ſervitio, & religionis obſervantia ſtudere cognoſcimus. Unde conceſſionem in Brambergenſi Eccleſia nobis verbo noſtro factam, ſcripto quoque noſtro firmatam decernimus vobis, veſtrisque ſucceſſoribus inviolabilem permanere: ut videlicet unus de veſtris curam plebis adminiſtret, ſalva in omnibus iuſtitia noſtra noſtrorumque ſucceſſorum. Adjicimus etiam, ut ſi, quod abſit, perſona de veſtra congregatione in hoc miniſterium aſſumpta, vel in religionis diſciplina, vel in commiſſi gregis providentia, vel in dilectione

ctione ac fidelitate erga clauſtrum ſuum cuſtodienda, minus, quam oportet cauta invenitur, & ſecundo, ac tertio coram Archiepiſcopo commonita non reſipuerit, viciaque notata non emendaverit; liberum ſit prepoſito, conſulto primum Salzburgenſi Archiepiſcopo, cum eius conſenſu perſonam illam retrahere ad clauſtralem diſtrictionem, atque in eius locum ſubrogare alium de manu Archiepiſcopi regulariter inveſtiendum, nec tamen a regulis clauſtri, quantum poſſibilitas, ſervandis ullomodo eximendum. Ut autem hec noſtra conceſſio firma & inviolata in poſterum permaneat, cartam hanc inde conſcriptam ſigillo noſtro communiri fecimus † data Salisburge VI. Iunii an. Dom. Incarnat. MCLX. Indict. VIII. anno Pontificatus noſtri XIII. feliciter Amen.

NUM. LXXIX. circa An. 1160.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Wicpoto & Dietricus frater eius de Tivenbach* hominem ſui iuris nomine Roudpertum tradiderat Eccleſie S. Michaelis Richerſperge *ad* cenſum quinque denariorum per manum cuiusdam liberi hominis nomine Poponis. H. r. t. ſ. *Walcherus de Hageninge.*

NUM. LXXX. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus Roudperti uxorem nomine Oſterhildam, que ex donatione Domini ſui Cholonis propria Eccleſie Reicherſpergenſis ancilla eſſe debuerat, dato redemptionis pretio a prepoſito eiusdem loci Gerhoho in cenſualem quinque denariorum cum filiis ſuis eſſe recognitam: cuius tamen mulieris germani fratres & ſorores, priori proprietatis etiam conditionis lege tenentur. H. r. t. ſ. *Ditericus de Tobele. Herbert, Meribot, Hiltepraud & Cunrad, Magnus & Werigant frater eius de Vihuſen, Engilbertus, Gotſcale & Werigant de Phaffingen.*

NUM.

NUM. LXXXI. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam fidelis homo *Chalohus* nomine *de Izing* tradidit ad altare S. Egidii in Ecclesia S. Michaelis Richersperge servum suum proprium Wernhardum ad quinque Denariorum censum. H. r. t. s. *Wernhardus de Izing; & filius supradicti Chalochi, & Waltherus filius Waltheri de Tobele.*

NUM. LXXXII. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam fidelis homo *Ditricus* nomine *de Tuifenbach* delegavit quemdam famulum suum Roupertum nomine per manum cuiusdam fidelis viri *Chounradi de Sigeharting* ad altare S. Michaelis Richersperge ad quinque denariorum censum. H. r. t. s. *Waltherus de Tobele & filius eius Ditrich.*

NUM. LXXXIII. circa An. 1150.

Notum sit Christi fidelibus, quod due libere femine semet ipsas tradiderunt Ecclesie S. Michaelis in Richersperg, ad quinque denariorum censum, quarum nomina sunt. Richilt & Wentelmout de Gunzingen. Testes quoque donationis huius per aurem adtracti sunt hii. *Rickerus de Trhestheim & Chounradus frater ipsius, Wernherus de S. Martino.*

NUM. LXXXIV. circa An. 1150.

Notum sit Christi fidelibus, quod quidam homo ministerialis Marchionis de Stira *Herandus* nomine *de Wiuuarin* tradidit ad altare S. Michaelis Richersperge homines sui iuris, ad censum V. denariorum: tradidit autem eos tali tenore ut nullus sit eorum advocatus, nisi quem Prepositus cum congregatione voluerit; quod si eos aliquis potestati sue usurpaverit, queremonia referatur *ad Marchionem Stirie.* Testes per aurem atracti sunt hi. *Bertolt*

de Tarſtorfe Roudpertus frater eius Waltherus de Hageningen. Helepret de Raneshoven Pabo & frater eius Albero de Holceluit. Alckkerus de Waldeke & ipſe Herandus de Wiuvarin. Waltherus de Tobele.

NUM. LXXXV. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam *Wolfgrim de Wizelingin* delegavit ad altare S. Michaelis Richerſperg duo mancipia Chunigundam & Richardam ad cenſum quinque denariorum rogatu cuiusdam Wichardi. H. r. t. ſ. *Walrab de Ippingen. Pabo de Wechswingin. Wichard. Engeldie. Chunrat omnes de Wizelingen.*

NUM. LXXXVI. citca An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo *Bernhardus* nomine *de Echae*, tradidit propriam anciſſam ſuam Bezelen nomine cum poſteritate ſua ad altare S. Michaelis Richerſpergênſe ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Enwicus de Friheim. Walterus de Tobele. Tancmarus frater prefati Bernhardi. Engelſcalcus de Tobele. Tancmarus de Noſebach.*

NUM. LXXXVII. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo *Chounradus de Sighardingen* cum filio ſuo Chounrato delegavit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperge quandam feminam nomine Irmingardam ad quinque denariorum cenſum &c.

NUM. LXXXVIII. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo nomine *Geroldus de Veltchirchen* delegavit Eccleſie S. Michaelis in Richerſperge Regelindam cum tribus liberis ſuis & tota poſteritate ſua ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Heber-*

har-

hardus. Roupertus. Pertoldus. Arnoldus. Erchenpoldus. hi omnes de Hambach. Hartwicus de Veltchirchen.

NUM. LXXXIX. circa An. 1150.

Sciant omnes Christi fideles, quod quedam mulier nomine Imma cum esset libera tradidit se ipsam cum filio suo nomine Adelberone bona devotione super altare S. Michaelis in Richersperge ad censum quinque denariorum totamque posteritatem hoc iure decrevit fore subiugatam. H. r. t. s. *Einwicus & Heinricus de Frieheim. Waltherus & Engelscalcus de Tobele. Magnus & frater eius Wergandus de Phihusen.*

NUM. XC. circa An. 1150.

Omnes fideles Christi sciant, quod quidam fidelis homo *Roudegerus* nomine de loco, qui dicitur *Pigarten* dedit famulum suum Reginhardum ad altare S. Michaelis in Richersperg, ad quinque denariorum censum. H. r. t. s. *Wouldalricus frater eiusdem Roudgeri & Wernhart, Gerhart Alber: Otto omnes de Pigarten.*

NUM. XCI. circa An. 1150.

Quedam fidelis mulier *Adelheit* nomine *uxor Rapotonis de Gurten*, tradidit famulam suam Heilicam nomine ad altare S. Michaelis in Richersperg ad quinque denariorum censum. Huius r. t. sunt *Walther. Wergant. Rahewin de Tobele.*

NUM. XCII. circa An. 1150.

Quidam fidelis *Reginhardus & uxor eius Richpurch* nomine *de Guncingen* consentientibus filiis suis *Chounrado & Reginberto* predium suum Guncingen tradiderunt ad altare S. Michaelis in Richersperg. H. r. t. s. *Magnus de Vihusen. Ditricus filius Waltheri de Tobele.*

NUM. XCIII. circa An. 1150.

Sciant universi fideles Christi & Ecclesie, quod quidam nobilis homo *Wicmanus* nomine *de Lonsburch*, tradidit ad altare S. Michaelis in Richersperg quandam ancillam suam cum filiis, & omni sui generis posteritate ad censum quinque denariorum. H. r. t. s. *Albwinus de Steine. Nendingus & frater eius Folchrat & Luitholdus de Gurten. Pilgrin de Friheim. Waltherus & Engelscalcus de Tobele.*

NUM. XCIV. circa An. 1150.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam nobilis homo *Altmanus* nomine *de Prame*, tradidit ad altare S. Michaelis in Richersperg predium cuiusdam fidelis viri Megengoti nomine de Taidingeskirchen situm iuxta flumen Prame, quod quidam Megenhardus dispensator predicti Megengoti tunc inhabitabat. H. r. t. s. *Erchenbertus de Staine. Altmanus traditor. Magnus: Woudalrius & Wilehalmus de Phihusen. Perhtoldus de Antesinhoven. Engiscalcus de Tobele. Ditricus filius Waltheri de Tobele.*

NUM. XCV. circa An. 1150.

Notificamus universis Christi fidelibus, quod quidam liber homo *Altmanus* nomine *de Prame*, nepos *Altmani* senis de eodem loco tradidit super sacras Reliquias Ecclesie S. Michaelis predium cuiusdam fidelis adolescentis nomine Ottonis petitione ipsius adolescentis & consensu sororis sue Helene in loco qui dicitur Paterscheshaim &c. Idem quoque adolescens Otto famulam suam Hicilam nomine cum filiis suis & ceteram familiam suam utriusque sexus, quam ipse hereditario iure manu tenebat numero quatuordecim cum omni eiusdem familie posteritate tradidit ad altare S. Michaelis in Richersperge ad omnimodam proprietatem. H. r. t. s. *Erchenbertus de Staine. Altmanus de Prame, Magnus de Vihusin. Engelscalcus de Tobele.*

Num.

NUM. XCVI. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo *Warmundus* nomine *de Angeſietz* delegavit ſuper ſacras Reliquias Eccleſie S. Michaelis predium duorum fidelium Helperici videlicet & uxoris eius *Willebirge de Ruripe* petitione ipſorum, predium autem vulgari nomine dicitur *Gouushaim*. H. r. t. ſ. *Megenhardus de Oubelingen. Eberhardus de Witerum. Erneſt de Brambach. Alram de Goushaim. Arnoldus de Senge. Hartfolch & frater eius Wernhart de Brame. Hugo de Legenove. Nendingus de Senge*, & alii multi.

NUM. XCVII. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod nobilis quedam femina *Liucart* nomine & filius eius *Erkenbertus & Hartwicus de Mosbach* concambium de quodam predio ſuo fecerunt, cum fratribus ſuis, qui Deo militant in Richerſperg. Concambium autem tale eſt: predicta femina & filius eius predium habebant, quod Revel dicitur, quod acceptis XL. talentis firma traditione delegaverunt ſuper altare S. Michaelis Richerſperg ad omnimodam proprietatem. E contra data ſunt illis per manum nobilis vir *Regingeri de Riede* predia duo; due ſcilicet curtes iuxta ſilvam Honhart in villa, que dicitur *Aſpach* quas contulerat predicto monaſterio Roupertus & filius eius Ditricus illuc converſi & curtis una Ditrichingen. H. r. t. ſ. *Regingerus de Riede. & filii eius Woulricus de Stoithe. Ekkembertus & Hartwicus de Mosbach. Erkembertus de Staine. Otto de Anteſin. Wernhart iunior & frater eius Woulricus de Riede. Ettich de Adloltingen & filius eius Hainricus. Megenhardus de Geginberge. Arnoldus de Chuiſelberge. Hainricus de VVigratingin. Wernhardus & Hezil de Gurtin. Aimwicus de Marchtappe. Almarus de Muningen. Chadelhoch de Staine. Sigeharth de Chirechperch. Waltherus & filius eius Waltherus de Tobele.*

NUM. XCVIII. circa An. 1150.

Sciant omnes Christi fideles, quod *Dominus Engelbertus Hallenſis Comes una cum uxore ſua Hadewiga, & duobus filiis ſuis Gebehardo & Diterico* tradiderunt in manum cuiusdam nobilis viri *Marquardi de Amerange* curtim unam in villa que dicitur Echenbach ſitam ob remedium anime ſue ad petitionem Domini Gerhohi Prepoſiti Richerſpergenſis Eccleſie & fratrum eius quocunque diſponerent delegandam. H. r. t. ſ. predictus *Comes Hallenſis & filii eius prenominati. Ottericus de Amerange de Charlſteten officialis predicti Comitis Eberhardus de Hage, Gotefridus de Etelinge, Otto de Steten.* Sciendum preterea, quod idem preterea ad petitionem prefati Prepoſiti in manum cuiusdam *Waremundi de Angeſieche* devenit: quod idem Warmundus iterum ex petitione Prepoſiti in manum cuiusdam Rouperti delegavit, *Heinrico de Grauendorf* conſervandum, & quo vellet delegandum; videlicet in legitimum concambium pro curti quam idem Heinricus ex donatione uxoris ſue in loco qui dicitur Revele poſſederat: quam iterum idem *Heinricus una cum uxore ſua Gertrude* per manum legatarii ſui iam dicti Warmundi ad reliquias ſacrorum Richerſpergenſi Eccleſie tradi fecerunt, in legitimum videlicet concanbium pro iam dicta curte ſibi delegata. Ex petitione vero prefati Heinrici predictus Roudpertus reddidit legitima delegatione idem predium prefato Warmundo ſibi & uxori ſue conſervandum & ad petitionem earum, quo vellent delegandum. Actum in villa, que dicitur Rurippe coram magna multitudine in concilio *Comitis Ekkeberti* & harum donationum hinc & inde teſtes fuerunt. *Oudalricus & filius eius Arnoldus de Aſchaha. Nendingus de Chriechesdorf Alhkerus de Waldekke. Erneſt de Brambach. Arnoldus de Senge. Luipoldus de Brambach. Eberhardus de Witrum. Siboto de Adelberge. Megenhardus de Ouberlinge. Aribo de Mitichin. Chounradus de Sigehartingen. Hartſolh & frater eius Erneſt de Prame, Alram de Geinbereh.*

berch. Ditricus de Angeſiecz. Roudegerus de Brambach. Alram & Sibeto de Cholchaim. Helphrich & Prunwich de Ruripe. Eherwinus de Roultinge, & alii quam plures tam liberi quam miniſteriales.

NUM. XCIX. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis Homo *Regingerus* nomine de *Riede* una cum filia ſua item *nobili*, Luipirch nomine tradidit ad Altare S. Michaelis Richerſperg, predium cum vineis, quas habebant in loco, qui dicitur Sibenbach: ita tamen, ſi absque herede predicta Luipirch ex hac vita migraverit: pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum. Predictus quoque Regingerus curtim unam, quam habuit in Uzantal - - firma traditione tradidit ad predictum Altare. Utriusque traditionis Teſtes ſunt hi: *Waltherus de Hageningen Otto de Anteſin Woulricus filius Wernhardi de Riede. Geroldus & Wezil item de Riede, Bertholdus de Reinhartishaim Chounradus de Iſingimeshaim, Gerhardus de Huſrukke.*

NUM. C. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles quod quidam fidelis Homo, Richzo nomine, tradidit ſuper altare S. Michaelis Richerſperge Gerhardum cum reliqua utriusque ſexus familia ſua pro remedio anime ſue, ad omnimodam proprietatem, huius rei Teſtes ſunt: *Waltherus & Engeſcalcus de Tobele, Rakewinus iunior item de Tobele.*

NUM. CI. circa An. 1150.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod *Walthamus & Roudolfus* atque *Altmanus* tres videlicet uterini fratres concambium fecerunt de quodam curtili ſuo, quod habebant in prenominato loco, cum fratribus de Richerſperg. H. r. t. ſ. *Roudolfus de Wachersbach. Hartmanus, Eberhartus Hermanus, hi tres de Rancingen.*

Dit-

Ditmarus de Praitwiſen & frater eius Chounradus Walfrat, & Bernhart de Tauerbach.

NUM. CII. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam nobilis homo *Erkembertus* nomine *de Steine* predium cuiusdam fidelis vidue Iudite de Pornhaim Wachenchirchen & Sikelingen ſitum, petitione ipſius vidue tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge ad omnimodam proprietatem pro remedio anime iam dicte vidue & viri ſui Sibotonis, ac *filio* ſue in *predicto Cenobio* converſantis in Hereditatem. H. r. t. f. *Luipoldus de Stainehaim. Hartwicus de Mosbach & Wernhart homo ſuus, Altmus de Wanebach Hainricus de Grube.*

NUM. CIII. circa An. 1150.

Noverit univerſitas Chriſti fidelium tam preſentium, *quam* futurorum, quod quidam nobilis Homo *Eberhardus* nomine *de Ekke* tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperg predium Richkeri de Aichperge curtim videlicet, quam habuit Hourn; rogatu ipſius Richkeri in hereditatem filio ſuo Pertholdo predicti cenobii Canonico. H. r. t. f. predictus *Richkerus de Aichperg Wicpato & frater eius Wernhart de Orte Wernherus de Poutenberch, Hartwicus Chounradus Richkerus de Orte Chounradus de Aichperg, Engelmarus homo predicti Eberhardi traditoris, Waltherus de Tobele.*

NUM. CIV. circa An. 1150.

Sciant cuncti Chriſti fideles, quod quidam Miniſterialium Comitis *Ekkeberti de Niwenburch* Richoho nomine, conceſſione prefati domini ſui tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge predia ſua que habuit in Grentberg & iuxta Marclinſpach ad omnimodam

pro-

proprietatem pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Egeno de Urle, Otto de Anteſin, Wernhart de Orte, Bertholt de Reginharshaim Chounradus de Orte Ditricus de Praitenberch.*

NUM. CV. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo *Woudalricus* nomine *filius Luicardis de Moſpach*, predium, quod Revel dicitur a predicta Matre & fratribus ſuis *Erkenberto & Hartwico* antea delegatum, ipſe poſtea veniens quantum ſui iuris erat denuo ſuper altare S. Michaelis Richerſperg delegavit. H. r. t. ſ. *Regingerus de Riede Richkerus de Aichperg, Wicpoto & frater eius Wernhard de Orte, Gozwinus de Oſterhoven, Ditmarus de Aiſterhaim Adelpero, & frater eius Gerhart de Cella. Wernherus, & Hartwicus de S. Martino Woudalricus de Anteſinhoven Waltherus de Tobele & alii multi.*

NUM. CVI. circa An. 1150.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam *Sophia* comitiſſa *de Purchuſen*, quamdam iuris ſui familiam vocatam Gerlinmuedam, rogatu ipſius delegavit in manus nobilis viri *Wernhardi de Riede* delegandam Eccleſie Richerſpergenſi cum liberis ſuis; quod & ille complevit, delegando eam prefato cenobio cum liberis ſuis ad quinque denariorum cenſum ſingulis annis per ſingulos perſolvendum. Huius rei Teſtes ſunt ipſe delegator & iſti filius eius *Rudegerus, Wernhardus, Oudalrichus & duo Nepotes eius, Otto & Wernhardus.*

NUM. CVII. circa An. 1150.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam liber homo *Walchoun* nomine de *Eichahe* tradidit ſuper Reliquias Eccleſie S. Michaheli Richerſperge predium cuiusdam fidelis Adoleſcentis, Ottonis

nomine de Chrengelbach in loco Patrichshaim dicto situm. H. r. t. s. *Altmanus de Geginbach Arnolt de Gowoltshaim, Willehalm, Lampolt, Latewin, Gerhart, Bernhart Heinrich omnes de Eichahe. Lanzo & frater eius Arnoldus Kadelhoch Ditmarus Wernhardus, hi de Aschahe.*

NUM. CVIII. circa An. 1160.

Notum sit presentibus, & futuris, quod quidam homo Nobilis unus ex *Regni Principibus Comes Peritholdus Anedehs* predium quoddam Munstur dictum, quod cum esset Beneficium *Marchionis de Stira* ab Episcopo Bambinbergensi, ipsorum petitione per manum domini Regis Friderici in manum eius delegatum fuerat; idem Comes Bertholdus petitione iam dictorum Episcopi Bambinbergensis Eberhardi nec non etiam Marchionis *Otachari de Stira* in manum Comitis *Bertholdi de Pogene* ad fidem delegavit, Richerspergensi Ecclesie per manum eius delegandum ad petitionem eiusdem Ecclesie prepositi confratrum, cuius rei Testes sunt hi, *Marchio Diepoldus de Vohepurch Walhun de Stainibach, Heriman de Voheburch Gotefrid & Nazarius de Anedehs. Chadolf de Sunebretestorf, Dietmarus de Ecclesia S. Marie, Gerhoh de Ouramelinesperge, Chadelhoch de Haitenpoumgarten Eberhardus de Ourichendorf Regenoldus frater Episcopi Bambinbergensis, Gotescalc de Hanenchoven.* Actum Ratisbone in *curia ducis Bavarie simul & Saxonie Heinrici.*

NUM. CIX. circa An. 1150.

Sciant omnes Christi fideles, quod quedam nobilis Matrona *Luicardis* nomine *de Mosbach* una cum filiis suis *Erchenberto & Woulrico* tradidit ad Ecclesiam S. Michaelis Richerspergе duos mansos predii sui in loco qui vulgari nomine Dietrichingen dicitur iuxta flumen Mosbach, & curtim eiusdem nominis iuxta flumen Gurtin, quam a predicte Ecclesie fratribus in concambio cuiusdam predii

sui

ſui acceperat, & manſum in loco, qui Chirchhaim dicitur, pro remedio anime dilecti filii ſui *Hartwiei*, qui ipſa die huius traditionis in predicte Eccleſie clauſtro cimiterio ſepultus eſt. Cuius rei Teſtes ſunt, *Wernhardus de Orte, & Wernhardus filius Wicpotonis de Orte Reginbertus de Gurtin Meginhardus de Geginberg, Eglolfus de Frenclinsbach Walrab de Aſpach, Wernhart de Ratena Hainrich de Wigratingen.*

NUM. CX. circa An. 1150.

Sciant cuncti fideles, quod quidam *nobilis Princeps Gebehardus* nomine filius *Engelberti Hallenſis Comitis* tradidit ſuper altare S. Michaelis Richerſperge predium cuiusdam nobilis viri *Hartwici* nomine de *Mosbach* ſitum in loco, qui Vihepach dicitur, quod idem Hartwicus in extremis ſuis ita fieri diſpoſuit pro remedio anime ſue. Huius rei Teſtes ſunt predictus *Princeps Gebehardus* qui etiam traditor, *Gebehardus Sifridus, Fridericus Miniſteriales eius de Waxzerburch, Aleramus de Goulsheim Helpericus de Ruripe Waltherus de Tobele & alii multi.*

NUM. CXI. circa An. 1152. & 1168.

Cum notum ſit preſentibus, preſenti quoque ſcripto notitiam poſteritati transmittimus de villa, que Munſteur dicitur; qualiter per concambium in proprietatem, & uſum Eccleſie Richerſpergenſi & fratribus inibi Deo ſervientibus ceſſerit. Cum caſtrum, quod Staine dicebatur in predio Munſter ſitum, primo ab hoſtibus *Erchenberti* Domini eiusdem caſtri fuiſſet exuſtum, ac deinde ſecundo a duce *Baioarie & orientis Hainrico* pro quibusdam rapinarum querimoniis flamis traditum: cum iam de utilitate ſola agrorum agi poſſet; conplacuit domino caſtri *Erchenberto* eiusque uxori *Chunigundi*, nec non & filio ipſorum *Hainrico* iam aduleſcenti, quatinus a Prepoſito Richerſpergenſi Gerhoo eiusque fratribus predium

ipſorum in Ruſpahe aliaque ipſorum predia acciperent, ſicque villa Munſtuer cum adiacentibus viculis in uſum Richerſpergenſium iure Concanbii cederet. Resque perlata eſt ad Marchionem *Odoacrem de Stira*, de cuius manu iam dictus Erchenbertus predictam villam Munſtuer in beneficio habuit; actumque eſt apud ipſum Marchionem L. librarum Ratisponenſis monete interceſſione, per Prepoſitum & fratres; quatenus idem Marchio concambio faciendo annueret. Qui etiam hoc fratribus ex gratia conceſſit, quantum ad eum ſpectabat; ut pro fundo iam dicto que ſimul in uno loco acciperentur, quod ſimul in uno loco non poterant, in diverſis locis absque diminutione redituum iuxta ſuorum fidelium approbationem reſtituerentur. Ventum eſt deinde ſecundum ordinem ad Epiſcopum Bambergenſem Eberhardum a quo Marchio idem habuit Beneficium, qui etiam ipſe concambio faciendo intuitu pietatis annuit. Simul ob eundem conſenſum propter rationem concambii accepta ex habundanti a venerabili Archiepiſcopo Salzeburgenſi Eberhardo tertia parte decimarum novalium in Charinthia villicatione, *Crunne* dicta; quas videlicet decimas legitimo concambio ab Eccleſia Salzeburgenſi Prepoſitus Richerſpergenſis obtinuerat, dato pro eis fundo annuatim ad redditus duarum marcarum: piſcatione videlicet ſua in Carinthia in villa Chrounat ad reditum unius marce, itemque manſo in Enſetale, quem ab Eccleſia Babinbergenſi item per concambium obtinuerat. Idem quoque Babinbergenſis Epiſcopus fratribus ex gratia conceſſit, ut fundum, quem in uno loco acciperent, in diverſis locis ſine diminutione redituum reſtituerent prout ſui, & Eccleſie Babinbergenſis fideles aprobarent. His ita compoſitis, immo & interim dum hec fierent, predictus Erchenbertus aſſumpto ſecum filio ſuo *Hainrico* itemque *Dieterico de Pongarten*, qui & ipſe idem Beneficium de manu *Marchionis quaſi fratri* forte obeunti ſucceſſurus acceperat, ſinguli tres ipſum Beneficium Marchioni reſignabant, & de manu eius fundum in Roſpach

ſpach & reliqua bona reſtitutioni concambii deſignata de manu ipſius in Beneficium receperunt : ſed & ipſe Marchio coram Rege Friderico idem Beneficium Munſtuer in manum Babinbergenſis Epiſcopi reſignavit; itemque fundum in Roſpach cum ceteris bonis concambio deſtinatis de manu eius recepit. Deinde petitione Epiſcopi ſimul & Marchionis per manum Regis Friderici Principalis Eccleſie Babinbergenſis advocati, villa Munſtuer cum viculis adiacentibus in manum *Comitis Pertholdi de Anedechs* delegata eſt Eccleſie Richerſpergenſi omnimodis deleganda: dum primitus equalitas concambii a fidelibus Domini Epiſcopi & Marchionis perſpecta & comprobata fuiſſet. Facta eſt autem hec reſignatio, & delegatio in Longabardia teritorio Brizenſe, in expeditione Regia, quando ipſe Rex Fridericus pro acceptione Imperialis Corone videlicet Romam cum exercitu tendebat ſub Adriano Papa: & teſtes adhibiti quos carta inde conſcripta continet. Deinde ventum eſt domum & inſpectores ac penſatores concambii deſtinati ſunt; ex parte Domini Epiſcopi Bambergenſis miniſteriales eius tres *Gozwinus de Oſterhoven, & Adalbero, & frater eius Gerhart de Cella. De parte Marchionis, Dietmarus de Haiſtreheime. Perengerus de Chapella. Bernold de Cherbach*, aliique fideles eorum: interfuit etiam *Chunigundis uxor* Erchenberti Mater predicti pueri Hainrici; nam pater eius Erchenbertus interim mutato habitu ſeculari vitam cenobitalem in Richerſperg cum filio & fratre delegerat. Affuerunt eiusdem Erchenberti ſeu filii eius homines proprii Ditmarus & Richerus; affuerunt utriusque fundi coloni, & diligenti indagatione diſcuſſum eſt, quid redituum ſolverit unus manſus in villa Munſtur tempore *Albwini* patris Erchenberti: eo videlicet tempore, cum fundus idem optime excultus videbatur & ſecundum penſionem unius manſi qui melior videbatur, de omnibus & vilioribus idem erat iudicium. Erant autem curtes tres hinc, & tres inde quas invicem comparari poſſe omnium iudicio conſenſum, niſi quod

curtes ille in Roſpach plus ſolvebant, & in numero & in ſagina porcorum, quam ulla in curtibus Munſtuer inveniebatur inſtituta. Coloni quoque in Roſpach preter ſervitium debitum non ſine redemptione pretii ipſam coloniam ingrediuntur; quod ager in Munſtur non admittit. Itaque ut dictum eſt, tres hinc, & tres inde curtes equales inuente ſunt; niſi quod curtes de parte Richerſpergenſium date, in his, quibus dictum eſt precellebant. Igitur preter frumentum curtium, quod ſibi equaliter iuxta proventus annorum reſpondere poſſe viſum eſt, ceteri curtium & manſuum reditus prolatis etiam metretis in nummorum pretio eſtimati ſunt; primo de villa Munſtuer & viculis adiacentibus, ita ut nec rapule nec herbe compoſiti negligerentur; quod item de Roſpach & ceteris bonis concambio deſtinatis factum eſt. Qualiter vero curtes eedem tres hic & tres inde, vel cetera data vel accepta ſibi in reditibus equentur ſequenti ſuputatione clarebit, quam propter ſurreptionis ſuſpicionem amovendam ſubnectere viſum eſt. Villicus in *villa* Munſtur dicta ſolvit hec, octo *porcos paſcuales* quos dicunt *Friſingos*, & duos maiores porcos. Anſeres X. Gallinas XXX. metretas papaveris X. & modium leguminis & modium holeris & modium rapularum & CC. ova. De curte extra villam poſita que Tobile dicitur ſolvuntur hec. Sex porci, quos vocant *Friſchingos*; porcus unus. Anſeres ſex Galine XX. metrete ſex papaveris, modius leguminis, modius rapularum, modius holeris C. ova. De curte item extra villam poſita predicte curti contigua ſolvuntur hec, quinque *porci*, quos dicunt *Friſchingos*, anſeres quinque Gallinas XII. quinque metrete papaveris, modius leguminis, modius holeris modius rapularum centum ova: preter frumentum trium curtium omnes redituum utilitates & manſis computate ſunt ad ſeptem talenta. Maior villicus in villa que Roſpach dicitur perſolvit hec: porcum ſaginatum, & ſex porcos, quos Friſchingos vocant, anſeres decem, Gallinas triginta, modius leguminis modius

rapu-

rapularum, metrete decem papaveris, modius holeris, centum ova; ad visitationem unus modius tritici, carrada dimidia cerevisie, casei decem. De curte tertia in eadem villa solvuntur hec, porcus unus saginatus & unus non saginatus, porci quinquè, quos vocant Frischingos, anseres decem Galine XX. modius leguminis metrete decem papaveris & modii duo rapularum modius holeris & centum ova; ad visitationem modius dimidius tritici, casei decem. De curte secunda item in villa solvuntur hec: porcus saginatus sex porci quos vocant Frischingos anseres decem Galline XXX. modius leguminis, modius rapularum, metrete decem papaveris, modius holeris, centum ova; ad visitationem unus modius tritici, carrada dimidia cerevisie casei X. Preter frumentum trium curtium omnes utilitates redituum ex mansis, & molendinis conputate sunt ad octo talenta & sexaginta nummos. Computati quoque sunt de ipsa villa Munstuer cum ceteris ville & viculorum agris ad sedecim mansos & medietatem unius mansi: nomina vero viculorum preter villam Mustuer sunt hec; Obelingen & medius mansus quod dicitur in luco, Gatteren & Lawan, item Lawan, Tobele: computati sunt in villa Rospach que de parte Reicherspergensium data est trans Enum in agris & molendinis ad pensionem utilitatis XI. mansorum, item in villa Haidolvingen duo mansi, in villa Preningen unus mansus, ad S. Martinum scis Enum fluvium quinque mansi, item Gurten & in villa Wilbach mansus & dimidius, qui insimul sunt mansi decem & novem: itaque in numero mansorum duobus mansis & dimidio, & in pensione nummorum uno talento & LX. nummis fundus de parte Richerspergensium datus superasse inventus est. Quod mirum non erat; nam milites ferme novem, qui ville Munstuer maximam partem in Beneficio habuerant, non facile dimoveri poterant, donec eis ea que habuerant habundanter & super habundanter restituta sunt; propter quos & amovendos, etiam *pacem vicinie redimendam* idem con-

cambium fere per maxime de parte Richerſpergenſium ceptum & conſumatum eſt. Decimas quoque hinc inde datas & receptas reſpondere ſibi poſſe, probatum eſt. His ita de equalitate concambii queſitis & inventis; itemque ſitibus locorum inſpectis ad Dominum Bambergenſem, itemque ad Marchionem reditum eſt; & ab utrorumque fidelibus hoc quod inventum, eſt expoſitum: qui etiam ſub debita, & iurata dominis fidelitate requiſiti, utrique prout inquiſiti erant, reſponderunt, & ſufficienti teſtimonio atteſtati ſunt; reſtituta in concambio bona equevalere aut etiam in penſione redituum preponderare acceptis. Proinde Ratispone *in curia ducis Bauwarorum Heinrici petitione Epiſcopi Babinbergenſis Eberhardi ſimul & Marchionis Advocati*, iam dictus fundus Munſtur cum viculis adiacentibus per manum *Comitis Perhtoldi de Anedehs* in manum *Comitis Pertoldi de Pogen* delegatus eſt, per manum ipſius Eccleſie Richerſpergenſi ad petitionem Prepoſiti eiusdem loci, & fratrum omnimodis delegandus & huius quoque donationis teſtes legaliter adhibiti quorum nomina ſunt hec. *Marchio de Voheburch; ipſe Comes Pertoldus de Hanedehs qui etiam traditionem fecit, Gotſcalcus de Hanechoven. Radolth de Sunebretesdorf. Chadelhochus de Haiterpongarten.*

NUM. CXII. An. 1177.

Notum ſit Chriſti fidlibus, qualiter predium quod dicitur Munſtuer ab Eccleſia Babenbergenſi mutuatum per legitimum concambium ſigillato privilegio Eberhardi Babenbergenſis Epiſcopi firmatum eſt Eccleſie Salzburgenſi & cenobio Richerſpergenſi. Dux Bawarie Heinricus, nepos Imperatoris Lotharii, *convocatis Bawarie Principibus* habuit *curiam triduanam in loco, qui dicitur Chorpheim.* Ibi ſupra dicti cenobii prepoſitus Gerhohus in audientia publica interpellavit, ac monuit comitem *Pertoldum de Pogen*; quatenus iam dictum predium, ſecundum quod in manum eius devenerat, Eccleſie Richerſpergenſi delegaret. Ex domini quoque providen-

tia

tia presens fuit comes *Pertoldus de Antehs*, qui locutus est in hunc modum: facere debes o *cognate comes Bertolde!* quod postulatur, quia ego id ipsum predium sic in tuam manum Ratisbone delegavi, ut tu hoc delegares iam dicto cenobio. Ad huius ammonitionis firmitatem ipse comes *Pertoldus de Anedehs* compendio se differuit; qualiter ipse coram domino Imperatore Friderico per ipsius imperialem manum, annitente venerabili Episcopo Babenbergensi Eberharto, ac petente *Marchione Otakaro*, cuius idem predium fuerat beneficium, suscepit ipsius predii delegationem, tam diu servandum in manu sua, quoadusque predictus Episcopus & Marchio peterent, eam in ius cenobii Richerspergensis transfundi: compensata primum designati concambii qualitate secundum tenorem a domino Babenbergense preordinatum. His igitur, que laudata erant peractis & per ministeriales ab Episcopo & Marchione destinatos legitime testificatis; ego, ait comes *Bertoldus de Anedehs*, utriusque videlicet Episcopi & Marchionis petitione, tibi comes *Pertolde de Pogen* delegavi hoc predium delegandum Ecclesie Richerspergensi ad petitionem prepositi eiusdem Ecclesie vel fratrum: & ecce adest idem prepositus cum fratribus petens eandem delegationem fieri Ecclesie sue, quod etiam tu, salva fide tua, non potes renuere. Huiuscemodi amonitione recognita ipse comes *Pertoldus de Pogen* fidem suam exsolvens, paratum se ostendit facere, quod iure petebatur. Igitur prolatis in medium reliquiis ad cenobium Richerspergense pertinentibus, assurexit ipse *Dux & Principes* illic presentes, in venerationem reliquiarum ad perficiendum ceptum negotium. Tunc interrogatus est iam dictus prepositus, quis deberet esse advocatus huius predii cenobio delegandi? at ille, secundum quod preordinaverat Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, ipsum dominum Ducem *Heinricum* elegit advocatum, susceptorem, pariterque tutorem fieri delegationis huius; qui & ipsam delegationem, per manum predicti comi-

tis factam, ſuper reliquias unacum prepoſito ſuſcepit iure advocati, & aſſenſu Principum confirmavit; ſubiuncta trina interogatione: utrumnam eſſet aliquis contradicens? nemine vero contradicente, ab ipſo Duce ac prepoſito per aurem attracti ſunt plurimi teſtes, e quibus precipuos ſubſcripſimus. *Comes Pertoldus de Andehs. Comes Pertoldus de Pogen per cuius manum delegatio facta eſt. Comes Gebehardus Hallenſis. Prefectus urbis Ratisponenſis Heinricus & frater eius Otto. Comes Chounradus de Ronigen. Comes Gotfridus de Rouimſperg. Chuno de Meglign. Henricus de Stoife. Pilgrimus de Wolmutſal & frater eius Pertoldus. Eberhart de Friendorf. Pertoldus de Touimbroum. Arbo de Piburch. Roudpertus concognominato Wolf*, & alii multi: anno 1161. His ita peractis, dum fratres Richerſpergenſes idem predium circiter XII. annos in pace poſſediſſent, & incoluiſſent; denuo lis exorta eſt ab *Henrico* predicti Erchenperti filio, qui illud ſe in beneficium habere affirmabat a Marchione *hereditario* iure, & paterna ſucceſſione: & concambium patratum fore ſe inſcio ac minus valere; nactus oportunitatem temporis ad eiusmodi auſum ex morte Marchionis & exorti ſciſmatis inter Papam Alexandrum & Imperatorem Fridericum; qui manu tenebat Octavianum; cui quia adherere renuit predicti loci prepoſitus Gerhohus vir adprime Katholicus, iram Imperatoris cum fratribus ſuis incurrit; ſimul etiam tunc pro quodam articulo fidei ſuſtinens offenſam Babenbergenſis Epiſcopi. Unde cum predictus Henricus querimoniam contra eum coram Imperatore Pactavie moviſſet, & ille ordinem concambii expoſuiſſet, & privilegium ab Epiſcopo Babenbergenſi datum eodem tenore; adiudicatum eſt privilegium repreſentari, & ſecundum illius continentiam litem terminari, locusque ad id denominatus Win, quo tunc deſcendebat Imperator. Ubi dum ſuperveniſſet Epiſcopus Babenbergenſis & privilegium a ſe datum legi audiſſet, & pro iuſtitia & quiete fratrum Richerſpergenſium iam danda ſententia fuiſſet; ſurrexit,

&

& privilegium, quod ſe datum negare non potuit, tali modo infirmare ſtuduit; quod penſatores concambii ex parte ſua deſtinati, a fratribus pretio depravati, non pro veritate ſed pro ipſorum voluntate eſtimaſſent ab ipſis data, & ſibi falſo intimaſſent. Preterea in oſtenſionem, & ultionem ſimultationis, quam contra prepoſitum Gerhohum, pro diſcordante ſententia habebat, manuſcriptam ſuam hoc etiam modo infirmavit, ut diceret inſufficientem, quia non haberet ſubſcriptionem Canonicorum. Cui cum reſponderet prepoſitus, in expeditione imperiali, in caſtro brixienſe datum fuiſſe privilegium, ubi canonici non poterant interfuiſſe, nec ideo infirmari debere: maxime, *quia non de Eccleſiaſticis poſſeſſionibus ſed regalibus* queſtio eſſet. Contra Epiſcopus nec quidem teſtium miniſterialium ſufficientem vel aliquem ſaltem continere numerum. Tandem ex conſilio Principum eum finem accepit contentio, ut prepoſitus, quia ex equo non poſſet reſpondere & concertare Epiſcopo, ſe eius ſupponeret gratie, & iudicio; in quo ille licet invitus, quia ſuſpectum eum habebat, conſenſit: tamen eo quod intelligeret Imperatorem facturum non pro ſe, quem adverſarium ſuſtinebat, ſed pro Epiſcopo, quem ſocium ſciſmatis ſui eſſe sciebat. Epiſcopus vero tunc occupatus negotiis imperialibus promiſit ſe germanum ſuum fratrem *Wolfherum* miſſurum ad conſiderandum utrinque fundum, & ad illius relationem cauſam terminaturum. Prefatus vero Henricus eſtimans omnia pro voto ſuo eventura, idem predium ſtatim invaſit, fratres inde diſturbavit & agricolas ſuos in eo collocavit; qui cum aliquantiſper in quiete ſediſſent, circumvicini & amici Richerſpergenſium, quorum Deus tetigerat corda; pre omnibus autem precipui *Richkerus ſenior de Weſn & conſanguineus eius Wicpoto de Ort*; non ferentes iniuriam fratribus illatam invaſores eiecerunt. Nec mora dictus Henricus & ipſos, & locum Richerſpergenſem aggreſſus eſt rapinis, & incendiis nocturnis devaſtare; prefati vero *Richkerus & Wicpoto* forti

manu propullerunt eum, & tam se quam sua periculo tradiderunt pro liberatione domus Dei. Reddat illis Deus in regno suo celesti. Adeo autem ingravatum est prelium, ut fratres & se & ipsum monasterium cogerentur defendere armata manu ne per nocturna perirent incendia. Tandem cum prolongata iniquitate nec seminare permitteretur, nec metere, auxilium Ducis Bawarie imploravit; qui in defensionem suam idem predium susceperat. Is iam per triennium bellicis rebus occupatus in Saxonia remanserat: imploratus auxilium respondit; Imperatorem propter scisma locum proscripsisse, & ideo nec velle, ne posse eis subvenire. Illi autem fessis rebus solum subsidium fugam habebant: unde conmonitus Babenbergensis Episcopus a quam pluribus religiosis Laicis & Clericis, ne locum tante Religinois permitteret venire in desolationem, quia idem *Henricus* malum omne videretur agere sua auctoritate; tunc demum misit fratrem *Wolfherum*, qui insidiose nimis tam inculta quam culta ville Munstuer dimensus in *funiculo* dimensionis, sicut voluit magnificavit: predia vero a fratribus data non simul sed sparsim, quia metiri non poterant annullavit. Episcopus vero concambium, ut factum erat, permanere decrevit, sed ad voluntatem domini Henrici duas curtes super addi, unam in Rospach, alteram in Osterndorf, quas fratres Richersbergenses multo labore a fratribus Bertersgadensibus obtinuerant datis VI. curtilibus Unen, unde persolvebantur singulis annis quatuor marce. Preterea data eidem Henrico CXX. talenta. Ipse vero Episcopus in privilegio suo priori, quod coram imperio infirmaverat denuo confirmavit, sub alia bulla, subscribens super addita & suplens quod deerat in numero testium; tradens in cenobio Bruuingnensi servandum donec omnibus persolutis ibi a predicto Henrico requireretur, & Ecclesie Richersperge daretur. Eo modo firmata amicitia, ut super iniuria illata nulla in posterum adversus eum a fratribus moveretur querimonia. His ita pactis nos

diu poſtea moritur uterque & pie memorie Gerhohus prepoſitus, & Eberhardus Babenbergenſis Epiſcopus. Tunc fratres miſſo nuntio ad ſubſtitutum Epiſcopum Hermanum, de manibus eius apud Bruuinigen acceperunt privilegium. Accidit non longe poſt, ut Archiepiſcopus *Albertus*, dum moraretur Richerſperge, *predictus Henricus* illuc ad eum diverteret, & auxilio fratrum inibi peteret, ut comunionem reciperet, quam perdiderat ob patrata incendia; quam dignitatem videlicet abſolvendorum incendiariorum & ſciſmaticorum cum condigna penitentia idem Archiepiſcopus a Papa Alexandro litteris miſſis acceperat, quia fideliter ei adheſerat. Non autem prius in abſolutionem ipſius Henrici inclinari potuit, donec allatis reliquiis Sanctorum iureiurando firmaret ſuper illas, nunquam inpoſterum Richerſpergenſe cenobium ſe infeſtaturum de facto concambio: nec erat, quare id iurare differret, quia iuxta tenorem privilegii iam ſuper additas villas poſſederat, & pecuniam CXX. talentorum acceperat. His ita compoſitis poſt aliquantum temporis vita deceſſit vir ingenuus, frater Ditricus, qui in Eccleſia Richerſpergenſi ſtrenue adminiſtraverat officium celleratie annos circiter XXV. cuius induſtria iniciatum & conſumatum erat omne prefatfatum concambium. Iterum prefatus Henricus fratres aggreſſus eſt inquietare de quibusdam pratis & manſo dimidio dicens, ea non abſoluta fuiſſe concambio, & ea ſe repetere ſuperſediſſe cauſa conſanguinei ſui fratris Ditrici. Cauſam fratres inſinuant Duci Bawarie advocato eiusdem concambii, qui eo tempore ſub feſtinatione parans redire Saxoniam, iniungit vicem ſuam domino *Erchinkero de Hagnowe. Paboni de Erign. Alberto de Hutte.* Hi denominato die conveniunt in caſtro Grabn: occurrunt illuc de clauſtro pie memorie prepoſitus Ditricus, qui in locum fratris defuncti beati Gerhohi ſucceſſerat & cum ipſo Dominus Geberhardus ex Comite ibi converſus & Canonicus. Venit etiam adverſarius eorum Heinricus. Audita utraque parte, hi, qui pre-

fidebant in iſto Conſilio perſuadebant prenominatis fratribus, quatenus adhuc aliquid ſuperadderent, quo os loquentis iniqua obſtrueretur; ut ſicut abnegationem iure iurando ſuper reliquas ſacrorum fecerat quam tamen trangreſſus fuerat; ſic abnegaret coram *Principe & iudice provincie & ita ultra transgredi non auderet;* quod & ipſe Henricus facturum ſe ſub teſtimonio adſidentium ſpopondit, ſtatim ad adventum Ducis, ſi voto ſuo ſatisfacerent. Illi preter iuſticiam neſcientibus, & inconſultis quos domi reliquerat fratribus, tunc propter conſilium preſidentium, tunc propter metum, quod ſi de peccunia data ſibi negare vellet, teſtibus eum convincere non poſſent, quia frater Ditricus ſolus ſine Teſtimonio dederat: Manſum unum in Pouch offerunt; urgentibus, qui aderant, alterum ſuperaddunt, ut in concambio cum reliquis, que dederant computentur, & abrenunciet in manum Ducis. Ille poſtulat iure proprietatis tradi & ut poſt exceſſum vite ſue, redirent Eccleſie: Illi, utpote ſepius iam ab eo decepti, verbis eius increduli, differunt cauſam usque ad Ducis preſentiam, interim portantes eius violentiam. Interea rebus humanis exceſſit, cuius memoria in Benedictione eſt, & erit ipſe A. prepoſitus: ſucceſſit in locum eiusdem loci Canonicus dominus Philippus. Cuius prelationis anno primo moritur ſicut magne ingenuitatis, ita & religionis vir dominus *Gebehardus* ex Comite converſus. Anno autem ſecundo, cum diu expectatus Dux ante quadrageſimam rediſſet Bawariam, prepoſitus Dominus Philippus occurrit illi in caſtro Pourchuſen in Dominica II. quadrageſime & honorifice ab eo ſuſceptus, dum cauſam adventus ſui ipſi aperuiſſet, preſente Marchione *Pertoldo de Andeheſn* & multum pro ipſo intercedente; preſentibus etiam quam plurimis principibus aliis, marchionibus & comitibus, ipſe Dux multis occupatus, diſtulit eum audiendum Ranshoven. Ubi cum poſt VII. dies exſpectatus adveniſſet, iterum de cauſa ſua a prepoſito interpellatus, requiri iuſſit dominum *Heinricum*, & non invento miſſo

pro-

proprio Nuncio precepit omni remota occasione, ut presentaret se Ans. Ibi inter ipsum, & Ducem Austrie habitum est valde celebre colloquium *presentibus utriusque terre principibus* & multa frequentia militum. Dum ergo die Dominico in media quadragesime auditis missarum solemniis, ipse dux ante fores Ecclesie consedisset, prepositum cum fratribus suis advocavit, & causam perquirens, ubi omnem ex ordine audivit, ita intulit: querimoniam super iniuria vobis illata in auribus meis deponite, illo presente, & pleuam vobis de ipso faciam iusticiam, & vindictam. Ipse vero prepositus cum fratribus suis timens iudicium mortis agitari de illo, quamvis iuste expostulare potuissent, quia post illatas primitus rapinas & incendia pactum amicitie super his compositum & in sacrorum reliquiis confirmatum prevaricatus fuerat; tamen bona pro malis reddendo, Duci respondit, se magis velle terminari causam per misericordiam ipsius, quam iudicium: & Dux ad ipsum; ite & statim post prandium cum privilegio vestro ad me redite, & satisfaciam desiderio vestro. Letus prepositus cum suis ad Hospitium rediit, & festinato prandio ad Ducem reverterat, ne aliquo prius occupatetur negotio: qui statim, ut surrexit a prandio, in auribus omnium legere fecit privilegium; sed quia Capellanus suus cui ad legendum oblatum erat, impedicius legebat ob ignorantiam prediorum que ibi ex nomine designabantur, Decanus tunc eiusdem Cenobii Wicmann iussus legit, aperte, & distincte ad intelligendum. Ministeriales vero Marchionis *Arnhalmus & Otto filius eius de Volinstorf Wulfinus de Phaphnperc Goundacar de Steinbach, Perngerus de Chapellen* & alii quam plurimi qui aderant ibi, qui a principio interant, concambio attestati sunt publice sub domino suo, patre Marchionis tunc ibi presentis, ipsius permissione idem concanbium ceptum & terminatum: tali suputatione ut in numero mansorum duobus mansis & dimidio & in pensione uno talento & XL. Nummis fundus de parte Richerspergensi datus superasse inventus fuisset;

set; preter duas curtes, quas post mortem iam dicti Marchionis importuna exactione Henrico superaddissent. Ex hac attestatione ministerialium suorum Marchio commonitus, protestatus est coram duce & ceteris principibus quam plurimis, nihil se querele adversus Ecclesiam Richersbergensem habere; iuxta tenorem privilegii, concambium sub patre suo ceptum, & terminatum, & se post mortem patris de manu Episcopi Babenbergensis susscepisse, & eo in beneficiasse adstantem dominum Henricum. Audiebant hi, qui aderant; ipse Dux, *Marchio Pertoldus & filius eius Pertoldus de Andehs. Marchio Pertoldus de Vohburc & frater eius Diepoldus. Otto Comes Palatinus; Prefectus urbis Ratisbone Fridericus; Henricus Comes Pleinensis. Henricus de Stoife, Erchenpertus de Hagenowe Chounradus de Wolfsec, Chounradus de Rout, Ditricus de Pourgart, Albertus de Hut, Fridericus & frater eius Eberhardus de Prunou & quam plurimi alii,* cum predictis Ministerialibus Marchionis. Statim ipse Dux ad astantem Henricum conversus ita exorsus est: Nichil tibi a fratribus exposstulandum video; sua sint illis in pace, & tua tibi. Ille vero affirmabat propter detrimentum Concambii fratres duos Mansos in Pouch sibi ad omnimodam proprietatem obtulisse; Illi e contrario asserebant veritatem rei iuxta predictum modum. Interrogati, qui adfuerant fratrum narrationi assistebant; & cum Dux finem facere decerneret, violentiam omnem predicto Henrico interdicendo, *consilio Palatini* fratres inclinati sunt, ut ad amputandam omnem occasionem adversariis & firmandam in perpetuum firmam pacem, mansi prius quomodocunque ablati concambio adderentur & in manum Ducis coram frequentia tantorum principum abnegatio fieret a Domino Henrico quam propterea infringere non posset. Consensere fratres & statim ipse Henricus in audientia Ducis & supra nominatorum Principum, liberorum, Ministerialium abnegavit in manum Ducis super hac re ultra questionum habere, satisfactum sibi iudicans. Eius abnegationis & attestationis Marchionis & ministerialium

lium eius, desuper habundanti plenitudine concambii Dux omnes adstantes in Testimonium dedit fratribus ad omnem contradictionem in posterum reprimendam: propterea ab omnibus transito ponte fluvii Aens cum in unum convenissent, Dux Bawarie & Austrie coram Principibus utriusque & frequentia partis utriusque; iussu Ducis Bawarie prepositus mansos predictos tradidit in manum principalis advocati sui Comitis *Chounradi de Pilstein*, delegandos in manus Comitis *Pertholdi de Andehs*, ut per illum delegarentur Ecclesie Babenbergensi. Quod ubi completum est ex mandato Ducis iterato abnegationem in conspectu omnium fecit predictus Henricus. Sed de pratis quibusdam contendebat, quod ad Concanbium ville Munster non attinerent. Et e contrario fratres asserebant. Ita contentio a Dux componitur, ut ab antiquioribus & melioribus colonis circumsedentibus veritas rei sub iureiurando inquireretur & secundum quod illi iudicassent ei parti confirmaretur. Ad quam inquisitionem faciendam destinavit *Comitem Rapotonem*, *Dominum Erchenpertum*, *Albertum de Hut*, quod & illi statim in pentecoste conpleverunt & concambio adiudicatum Ecclesie confirmaverunt. Ita tandem fratres Richerspergenses post longos labores requieverunt. Acta sunt hec anno incarnati verbi MCLXXVII. sub Duce *Bawarie* Henrico, Domino Philippo Richerspergensis Ecclesie preposito, anno prepositure eius secundo. 1177.

NUM. CXIII. An. 1160.

Eberhardus Dei gratia Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus: Pastoralis est officii murum se ponere pro domo Israelis maxime ad Deo famulantium personarum protectionem contra incursus malorum. Qua consideratione pre oculis habita, cum fratres cenobii Richerspergensis patiantur graves infestationes, a quodam subadvocato contra fas & ius introducto: nos eiusdem Cenobii privilegia consideravimus in quibus hoc patenter animadvertimus

quod predictus locus a beate Memorie *Wernhero* & nobili eius *Uxore Diepirga* sic est fundatus, atque a sacre recordationis Gebehardo Archiepiscopo Anteceſſore nostro ea conditione in ius, & patrocinium Salzburgensis Ecclesie susceptus; ut nullus eiusdem loci sit advocatus, nisi principalis ipsius metropolis Salzburgensis Advocatus, qui videlicet de beneficio principalis Advocatie sibi collato predictum Cenobium sine omni gravamine defendat; contentus nimirum iustitia bannorum, quarum duo in usum prepositi & fratrum, tertius in usum ipsius advocati cedat: nisi quod ipsum tertium bannum cuiquam inbeneficiandi potestatem habeant, quanquam illum postquam accepit, cui voluerit possit dare. Sed nec Subadvocatum iure beneficiali constituat illic. Ut ergo libertas loco illi a fundatoribus destinata & privilegiis apostolicis firmata inconcussa permaneat, nos quoque presenti pagina sigillo nostro conmunita omnino interdicimus, ne loco illi ullus deinceps a principali advocato per ius Beneficiale Subadvocatus ponatur, *quoniam* Subadvocatie tales, tam Sinodalibus quam & inperialibus *iudiciis* abiudicate sunt. Sane hoc annuimus, ut si prepositus *eiusdem* loci expecierit aliquem sibi destinari a principali advocato qui eius inibi vicem agat, committatur ei talis procuratio absque iure beneficiali, quamdiu placet preposito & congregationi. Cui si fuerit gravis, aut inutilis, removeatur & utilior in eius locum simili tenore statuatur. Ea libertate permanente, ut colonis eiusdem loci nulla censualis exactio inponatur, neque in avena neque in tritico neque in denariis aut alio quolibet gravamine: quoniam a talibus gravaminibus huc usque locus ille fuit immunis; excepto solo tempore scismatis, quo scismaticus Pertoldus Tiemoni Archiepiscopo super positus, eundem locum laicis in beneficiando & Canonicos regulares inde fugando quedam gravamina illic suscitavit; que beate memorie Chounradus Archiepiscopus proximus anteceſſor noster forti manu submovit & pristinam libertatem atque regu-

regularem vitam loco illi renovavit: in quam per annos circiter XXX. quiete bona fruens permanſit eiusdem loci congregatio; pro pulſante iniquorum violentias iam dicto Chounrado Archiepiſcopo. Qua libertate loci ipſius provocati nobiles quidam Chriſti fideles bona & predia ſua eidem Cenobio contulerunt; qui etiam eorundem prediorum advocacias a principali advocatia ſegregaverunt & talibus advocatis deſtinaverunt, quos pro ſui vicinitate utiles eſtimarent, ad reſpondentum in *colloquiis iudicialibus*, in *quibus non auditur Subadvocatus*, & res periclitari poterit ſi legitimus Advocatus defuerit, Igitur advocatie huc usque a principali advocatia ſegregate ſic maneant in poſterum, ſicut hactenus manſerunt absque inſolito, & iniuſto advocatorum gravamine. Quod ſi & illi attentaverunt contra voluntatem prepoſiti ſuſcitare; ſciant ſe iudicio divino puniendos & humano quoque in quantum poſſibile ac iuſtum fuerit arcendos. Cauſe vero huius queſtionem & veritatis inveſtigationem, quo firmior eſſet noſtra inſtitutio, in celebri colloquio Halle habito querimoniam prepoſito Gerhoho movente pertractavimus; aſſentientibus illis noſtris fidelibus, quorum plurimi aderant: nullo iure beneficiali poſſe, aut debere ſubadvocatum loco predicto inſtitui. Concordante in hoc ipſum iudicio ſinodalis auctoritatis & imperialis maieſtatis. Si quis igitur huius noſtre pagine tenore temere violare aut infringere preſumpſerit ſi non ſecundo aut tertio comonitus emendaverit, ſciat ſe Deo, & iudicibus Eccleſie rationem redditurum & penas condignas ſubiturum, ac niſi ante finem vite ſue reſipiſcendo ſatisfecerit Chriſtina ſepultura cariturum: ſicut in Remenſi Concilio ſtatutum eſt preſidente Papa Eugenio, cuius decretum illic univerſo Concilio aprobante, promulgante, ſic ſe habet: *Auctoritate Apoſtolica prohibemus ut nullus advocatus preter Beneficium antiquitus conſtitutum alia ſibi accipere vel uſurpare preſumat: ſub advocatos vero & exactores eorum modis omnibus ab Eccleſiarum inveſtationibus removeri precipimus*,

mus, quod ſi quis contra hanc noſtram prohibitionem attemptare preſumpſerit, Chriſtiana careat ſepultura. Huic apoſtolico Decreto etiam imperiale concordat edictum ab imperatore Friderico univerſis imperii ſui principibus indictum, & ſcripto conprehenſum, quod ita ſe habet: *Illicitas, exactiones maxime ab Eccleſiis, quarum abuſus iam per longa tempora inolevit per civitates & Caſtella omnimodo damnamus, & prohibemus, & ſi facie fuerint, in duplum reddantur.* His fulti auctoritatibus etiam hoc noſtre huic ſalubri conſtitutioni annectimus, ut nec ipſe principalis Advocatus nec aliquis ab eo miſſus predictum cenobium gravare preſumat, ſervitia inmoderata illic exigendo, aut placita nimia illic ſtatuendo: ſed quociens neceſſe fuerit, ipſe advocatus vel eius miſſus non niſi prepoſito advocante ac ſervitium decens preparante adveniat, & placitum ſuum iuxta beneplacitum prepoſiti & congregationis illic habeat, cauſa idonea exigente. Quod exinde rariſſime continget, quia principalis illic advocatia ſic eſt anguſta, ut vix contineat *manſos* XII. cultilis terre, aut paulo plus: quia reliqua ipſius cenobii predia in ſegregatis, ut eſt prenotatum, advocatiis conprehenſa ſunt, quoniam aliter ab inpugnantibus defendi non potuerunt. Unde etiam volumus, & ſtatuimus, ut propter futuras cautelas, predia, que Deo miſerante in poſterum loco acceſſerint, aſſignentur advocatis talibus, a quibus in placitis iudicialibus proloquii defenſionem poſſint e vicinio habere: ne longinquos Advocatos advocandi vel impoſſibilitas vel difficultas in detrimentum veniat, & abſente legitimo prolocutore predia, que inpugnantur, Eccleſia perdat; quod frequenter accidiſſe conperimus. Predicto autem colloquio noſtro ſuper iſta queſtione habita in loco, qui dicitur Halle, idonei aprobatores interfuerunt, quorum iſta ſunt nomina, Hugo prepoſitus maioris Eccleſie Salzburgenſis, Heinricus Abbas S. Petri, Woudalricus Chiemenſis prepoſitus, Dietmarus Hallenſis prepoſitus. Heinricus Garzenſis prepoſitus. Laici nobiles, *Counradus Comes*

Comes de Pilſteine Iunior, Erchenbertus de Moſpach, Purchardus de Staine, Karolus. Miniſteriales Eccleſie Salzeburgenſis, Hartwidus Caſtellanus Marquartus frater eius, Otto, & Wiſint de Pongowe. Eccehardus de Tanne. Luipolt de Walde, Wilehelmus Chounradus de Chalheim. Pabo, Roudigerus Caſtellanus Hallenſis, Otto de Schibis. Data Salzburge XIV. Kal. Septembris anno Dominice Incarnat. MCLX. Indict. octava an. Epiſcopatus ſui XIV. regnante Friderico Imperat.

NUM. CXIV. circa An. 1162.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. *Ego Heinricus Dux Bawarie, ſimulque Saxonie*, a venerabili Archiepiſcopo Salzburgenſe vocatus in advocatiam predii, quod dicitur Munſtur, mutuati ab Eccleſia Babenbergenſi cum ſuis appendiciis in privilegio Babenbergenſis Epiſcopi conprehenſis, & in poſſeſſionem Richerſpergenſium fratrum, legitima delegatione iure Advocati ſuſceptis, confirmo iſto preſenti ſcripto, ut hec ipſa, quam ſuſcepi advocatia ſemper ab iniquis gravaminibus libera permaneat. Nullus ibi vel ex parte mea vel mihi ſuccedentium ſtatuat, vel exigat ſibi a Colonis tribuendum vel quoquomodo in uſus ſuos redigendum; preter tertios bannos iuxta conſuetudinem antiquam advocatis perſolvendos: nam duo pertinent ad Eccleſie ſatisfactionem, pro damnis illatis emendandis. Et quia Eccleſia emendationem damnorum non querit, niſi ſimplum ſibi reſtitui, quod tamen leges imperiales in duplum vel amplius iubent reddi: ſi quis malefactorum in predio ſub hac advocatia comprehenſo damnum fecerit, & ſine auxilio Advocati vel eius miſſi non poterit ad emendationem provocari, vel coartari: damnum ſimplum prepoſito reſtituat; quod vero inſuper ad conpoſitionem illate iniurie requirendum iure iudicabitur, advocato vel eius miſſo in uſum ſuum proveniat, quia dignus eſt operarius mercede ſua: quamquam nos in hac advocatia precipue ac ſolummodo celeſte premium requiramus noſtris-

ſtrisque ſucceſſoribus requirendum ſtatuamus. Annectimus preterea ut nulli ſubadvocato vel qualicunque principalis advocati miſſo hec advocatia beneficiali concedatur iure; ſed ita ei, cui prepoſitus poſtulaverit, commendetur, ut eodem, vel congregatione poſtulante valeat ſubmoveri; ſi tamen conſtiterit eum eſſe inutilem aut damnoſum, & hoc ſecundo ac tertio commonitus emendare neglexerit: is etiam, quod per ſe non poterit emendare, ad noſtram, vel ſucceſſoris noſtri perſonam referre debebit; *quia ex officio ducatus pariterque advocatie non ſine cauſa gladium portamus.* Ne autem noſtra hec inſtitutio in poſterum valeat inminui, aut mutari noſtro eam ſigillo roboratam ſucceſſuris temporibus in cenobio Richerſpergenſi volumus conſervari. An. D. Incarn. 1162.

NUM. CXV. An. 1162.

In nomine S. & individue Trinitatis. Fridericus Dei grati Romanorum Imperator Auguſtus, Gerhoho Richerſpergenſi prepoſito, & ſucceſſoribus eius in perpetuum. Si loca ſancta *honoramus*, & Deo ſervientium quieti pro noſtro iure provide*mus*, credimus per hoc & ſumme divinitatis gratiam repropiciare, & cororam imperii lapidibus illis vere preciofis exornare, qui iugiter aſſiſtunt, ac fulgent ante Deum, & ſub noſtre protectionis tuitione tranquilla ei pace tam pro noſtra quam pro ſua ſalute deſerviunt. Unde notum eſſe volumus, imperii noſtri fidelibus univerſis tam futuris quam preſentibus, quod nos benigno aſſenſu annuentes piis & iuſtis poſtulationibus tuis, Gerhohe Richerſpergenſis prepoſite, interventu fidelium noſtrorum, videlicet Eberhardi Salzburgenſis Archiepiſcopi & Eberhardi Babenbergenſis & Hartmani Brixinenſis Epiſcoporum, ipſum Richerſpergenſe cenobium Canonicorum regularium in comitatu *Pertoldi comitis de Andeks* iuxta fluvium *Enum* ſitum, in pago quem tranſit fluvius *Anteſin*, a quodam nobili viro Wernhero fundatum & Eccleſie Salzburgenſi

genſi iure proprietatis collatum; ſalva in omnibus Archiepiſcopi Salzburgenſis, que prelibata eſt iurisditione nos in noſtre imperialis Maieſtatis & omnium ſucceſſorum noſtrorum Regum, & Imperatorum tutella ſuſcipimus: ſtatuentes & firmiter precipientes ſecundum antiquam & primitivam illius loci libertam, ab ipſo fundatore collatam & privilegiis venerabilium Archiepiſcoporum Chnradi & Eberhardi roboratam; ut nullus advocatorum ſive ipſius loci ſive prediorum ad ipſum locum pertinentium preſumat, aut facultatem habeat, illic ſubadvocatos ordinare, ſub titulo beneficiarie conceſſionis; aut exactiones & gravamina indebita fratribus predicti loci, ſeu miniſterialibus aut colonis eorum ſuperinponere. Quod ſi quandoque ex conſenſu prepoſiti, & fratrum principales advocati aliquem ſibi procuratoris officio ſubſecundaverint, ultra beneplacitum prepoſitorum, qui pro tempore ibidem prefuerint & fratrum ſuorum, in adminiſtratione advocatie nullatenus permaneat. Adicimus autem, & imperialis Maieſtatis auctoritate ac lege in perpetuum valitura ſtatuimus, ut bona predicto cenobio ſive collata, ſive adhuc domino preſtante conferenda, nullus invadere, aut inde quolibet modo alienare, aut locum ipſum deſpoliare ſeu disveſtire preſumat: niſi coram legitimis iudicibus iuſte, & legaliter iuſtitiam ſuam conprobaverit. Specialiter autem ipſe locus Deo dicatus noſtre imperialis largitionis beneficio emunitate gaudeat; & nulla iudiciaria, ſecularisve poteſtas licentiam habeat ibi placitandi, concionandi, aut quelibet iura ſecularia exercendi, que fratrum inibi Dei militantium ſecundum regulam beati Auguſtini quietem interrumpere valeat, quod abſit, aut diſturbare. Si qua vero perſona temerario auſu contra hoc privilegium noſtrum venire temptaverat, & ſecundo tertiove commonita non emendaverit, bano noſtro ſubiaceat, & XXX. libras auri puriſſimi ad Kameram noſtram perſolvat. Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti. Ego Oudalricus cancella-

cellarius vice Reinaldi Colonienſis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis milleſimo CLXII. indictione X. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni X. imperii vero VII. datum Papie poſt deſtructionem Mediolani II. nonas Octobris, feliciter Amen.

NUM. CXVI. circa An. 1160.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quod fratres Eccleſie Richerſpergenſis tria prediola de Chrengelbach, que erant Ottonis pueri vitam canonicam in Richerſperge profeſſi, ſita iuxta fluxium Innum inter villam, que dicitur Gismuthſaim & montem Hungerſperch, coempta pecunia cuiusdam viri nomine Ditmari ei permiſerunt in perpetuam poſſeſſionem & poſteris eius. Ut videlicet per omnem poſteritatis lineam, cuicunque poſterorum patri mortuo ſuccedenti eorundem poſſeſſio prediolorum hereditario iure contingat, quadraginta denariorum cenſum iam dicte *Richerſpergenſi* Eccleſie annuatim in feſto S. Stephani perſolvat; *ut in* anniverſavio Matris iam dicti Ottonis, Hellene, cum ipſis XL. denariis fratribus prebenda melioretur, nec ob aliud quidquod inſumi permittatur. Sed hec cenſualis conceſſio ea ſtabilitate firmata eſt, ut nulli de predicta congregatione ſive prepoſito, ſive cuiquam ſubditorum eius liceat preſignata prediola vel vendere, vel aliquo modo alio transferre, ſed eiusdem ruris poſſeſſio iam dicto Ditmaro & eius heredibus ſub debito prenominati cenſus perpetuo iure permaneat. Huius ſcripti confirmatio ſub domino Gerhoho eiusdem Richerſpergenſis loci prepoſito facta eſt.

NUM. CXVII. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo Werenhardus nomine portiunculam hereditatis ſue tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge, coemptam nimirum a quodam

dam ſacerdote Walthero nomine eiusdem loci canonico ſex ſolidorum precio ad luminaria & alios uſus Eccleſie cuius ipſe tunc ex obedientia cuſtos exiſtebat. H. r. t. ſ. *Wispoto & filius Wernhardus de Horth. Gerhardus de Stocharn. Albwinus de Mithen. Gumpertus de Rothouwe.*

NUM. CXVIII. circa An. 1160.

Item ſciant Chriſti fideles, quod quidam Fridericus frater predicti Wernhardi una cum ſorore ſua Gerlint nomine hereditatem que ſe paterno iure contingebat a prefato ſacerdote, tribus talentis ac dimidio in ſimiles uſus Eccleſie coemptam tradiderunt ad altare S. Michaelis. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Fridericus Meingozus de Aſpach & Gerlochus. Reichewinus de Tobele.*

NUM. CXIX. circa An. 1160.

Item cuncti Chriſti fideles noverint, quod quidam Heinricus una cum uxore ſua nomine Richiza ſorore videlicet prefati Friderici & Gerlindis partem, quoque Hereditatis ſue que ſe contingebat predicto Sacerdoti Waltero novem ſolidis vendidit, & nemine contradicente ad altare S. Michaelis contradidit. Huius rei Teſtes ſunt ipſe traditor *Heinricus de Lauven Megenwardus de Friheim Heribort de Aiche, Megenhart de Obernberge & filius eius. Perenhardus de Friheim.*

NUM. CXX. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nobilis Princeps Dominus *Gebehardus Hallenſis* Comes una cum Matre ſua *Domina Hadewiga* comitiſſa tradiderunt, ad altare S. Michaelis Richerſperge predia ſua: duas videlicet curtes cum appendiciis ſuis ultra fluvium Enum in loco qui Elholvingen dicitur ſitas, & predium in partibus Anſtrie, quod

Graben dicitur, videlicet quinque vineas habentes agros & omnia ad culturam neceſſaria; preter unam que non habet agros culture deſtinatos: & ſervicium decem vinearum, quod perſolvitur de ipſo monte in quo eedem vinee poſite ſunt, quod vulgariter *Perchrecht* vocatur, cum omni familia utriusque ſexus, que eadem predia tunc incolebat: hec predia culta, & inculta cum pratis, paſcuis, & ſilvis eisdem pertinentibus & duobus molendis in Eholvingen & omni utilitate queſita & inquirenda, ius quoque, quod habetur in ſilva, que vocatur Vorſt ex poſſeſſione predii iam dicti Eholvingen in inciſione videlicet lignorum, & paſcuis pecorum; tradidit predictus Comes Richerſpergenſi Eccleſie ad omnimodam proprietatem conſentiente *fratre* ſuo comite *Diterico* in uſus fratrum inibi Deo ſervientium ſecundum Regulam beati Auguſtini. Ipſa autem traditio facta eſt in die ſolemni feſtivitatis S. Michaelis coram multa frequentia populorum. Teſtes per aurem attracti infra ſubnotati ſunt, *Erchenbertus de Moſebach Wicpoto de Orte & filius eius Werenhardus Oudalricus de Hætal & filius eius Heinricus. Fridericus de Chilingelineſpach. Ditericus de Piſchoiveſtorf Udalſchalcus de Tobele, Werenhardus de Wilbach Norbreth de S. Georgio.*

NUM. CXXI. circa An. 1160.

Notum ſit preterea cunctis Chriſti fidelibus quod Dominus *Ditericus* Comes, & ſoror eius Domina *Chunegundis* Comitiſſa de *Ura* cum filiis ſuis, abnegaverunt, quidquid iuris & proprietatis habere poterant in prediis Eholvingen & Graben & benigne conſenſerunt fratri ſuo Domino *Gebhardo Comiti Hallenſi*, ut ipſe delegaret & contraderet ea quocunque vellet pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum. Actum apud Wazzerburch & apud Ura: utriusque abnegationis teſtes per aures atracti ſunt, *Engelbertus Marchio de Chraiburch Bernhardus de Riute Erchenbertus de Mosbach Otto de Aſchaim, Otto de Steueningen, Hainricus & filius eius Ortolfus de*

de Laimingen Eberhardus de Hage. Sifridus & Hainricus, & Primo de Riute Siboto de Sconſteten Chounradus de Buſenberc Routwinus de Behaimruite Sifridus de Laimingen Loudwinus de Bachman Arnoldus de Weſterberch & frater eius Wernherus, Marchwardus Camerarius, Herbordus de Munſture, Teſtes autem abnegationis Comitiſſe de Ura & eius filiorum ſunt hii: Heinrich de Gravenſtorf, Ortolf filius Heinrici de Laimingen Miniſteriales Comitis Geberhardi predicti. Wergant de Aſcha Servus eiusdem Comitis. Hainricus Cellarius Woudalrich coquus predicti Comitis, Perengerus de Hagenowe.

NUM. CXXII. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis Homo *Otto* nomine de *Anteſen*, predium ſuum, quod in eodem loco habebat, poteſtativa manu tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge, ad omnimodam proprietatem, ea conditione, ut eiusdem Eccleſie predium Waltherſtorf dictum ad tempus vite ſue & uxoris ſue in uſu fructuario poſſideret, & eis decedentibus Eccleſia predium ſuum cum univerſis mobilibus ſuis rehaberet, & interim annuatim in argumentum talis conventionis cenſum LX. denariorum Eccleſie perſolverant. Inſuper Manſum, quem habebat in beneficio predicto predio quod tradidit Eccleſie contiguum, a patavienſi Eccleſia proprio manſo obtinere laudavit Eccleſie Richerſpergenſi poſſidendum. Huius rei Teſtes ſunt *Oudalricus de Riede, Diethricus, & Heinricus de Pomgarten Chounradus de Rothe Wernhardus & frater eius Rudegerus de Riede, Alkerus de Hibenberc Bernhardus de Gotbrehtshem Oudalricus & Chunradus de Stoufe, Wernhardus de Sinzingen, Oudalſcalcus de Tobele, Wernhardus de Wilbach.*

NUM. CXXIII. An. 1161.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Eberhardus Dei gratia Iuvavenſis Archiepiſcopus. Predeceſſorum ſtatuta iuſta, &

rationabilia ſucceſſores debent inviolabiliter cuſtodire; maxime ubi conducunt ad augmentum Religionis & ſuſtentamentum Deo ſervientium. Ea propter nos conſiderata beate memorie predeceſſoris noſtri Chounradi Archiepiſcopi largitione in decimis duarum Parochiarum Putinenſis & Brambergenſis, atque novalium vicinorum partim cultorum, partim excolendorum in uſum Cenobii Richerſpergenſis; conceſſionem ipſius ratam habemus, & in perpetuum ratam volumus & decernimus habendam. Sed quia in eiusdem predeceſſoris noſtri privilegio termini Auſtrales huius Donationis ambiguo nomine montis Hartberch ſunt prefixi, & exinde fuit occaſio contentionis inter collectores decimarum nobis, & predicto Cenobio pertinentium; certiorem prefigimus terminum: videlicet fluvium Pincah, usque ad cuius ripam novalia in ſilva putinenſi ad preſens culta & inpoſterum colenda; exceptа Canonica portione plebanorum; in decimis fructuum terre atque animalium proveniunt in uſus fratrum regulariter converſantium in *prefato* Cenobio. Quecunque autem ſecularis, aut ſpiritualis Perſona, quod a beate memoria predicto Anteceſſore noſtro pie ordinatum & a nobis nihilominus pie ad cultum pietatis roboratum eſt, aliquomodo in irritum duxerit; atque in hoc prefatum Cenobii temere perturbaverit & ſecundo, ac tertio comonita non reſipuerit, iram Dei ſentiat, in interitum carnis ut Spiritus ſalvetur per veram penitentiam; ſine qua ſi morietur in ultimo examine redde trationem coram ſummo iudice. De ſalubri ſane diſpoſitione noſtra preſens pagina conſcripta, & ſigillo noſtro inpreſſa data eſt in caſtro Strazburch anno Dominice Incarnationis MCLXI. indictione IX. Idus Septembris. Huius rei Teſtes, ac conlaudatores ſunt, quorum nomina ſubnotavimus Romanus Gurcenſis Epiſcopus, Hugo prepoſitus maioris Eccleſie Gottfridus Abbas admontenſis Romanus Gurcenſis prepoſitus. Hecil Abbas Oſciacenſis, Pilgrinus Abbas S. Pauli Wernherus prepoſita Seccowenſis, Chouno prepoſite

ſub-

ſubnenſis, Magiſter Adalbertus de Hoven, Hademarus Archipresbiter Friſacenſis plebanus, Engelrammus de S. Maria Archidiaconus, Otakker Archipresbiter de Viſcah & Capitulum Friſaci habitum in cuius audientia cauſa hec fuit propoſita; quo etiam annuente per conſilium rationabiliter acta eſt; predicti Cenobii prepoſito Gerhoho eligente pocius Conſilium, quam iudicium.

NUM. CXXIV. An. 1179.

In nomine S. & individue Trinitatis Chounradus Dei gratia Archiepiſcopus Salzburgenſis Eccleſie apoſtolice ſedis legatus. Cum univerſis Deo famulantibus in ſuis petitionibus benignum prebere debeamus aſſenſum, his profecto, qui temporalibus abrenuntiantes apoſtolice conſervationis normam aſſumpſerunt ampliori benevolentie affectu nos fovere convenit & honorare. Hinc eſt, quod ad imitationem venerande memorie predeceſſorum noſtrorum Chounradi ſenioris & domini Eberhardi Archiepiſcoporum pauperibus Chriſti, religioſis ſcilicet viris Richerſpergenſis Eccleſie fratribus, in ſuis poſtulationibus ſancte converſationi debitum preſtantes aſſenſum; ea que ex liberalitate predictorum deceſſorum noſtrorum eis collata ſunt, nos quoque auctoritate qua fungimur ipſis concedimus, quo oportunius Rachelis frui valeant officio. Inter ea vero, que a predeceſſoribus noſtris eis collata ſunt, hec ſpecialibus vocabulis exprimenda duximus: in Parochia Putina omnes decimas excepta canonica portione plebani, quam eidem plebano indiminutam volumus in perpetuum permanere; exceptis decimis vinearum, in eadem Parochia poſitarum; totam quoque decimam Parochie Premberch tam de vineis, quam de agris, vel de aliis rebus iure nobis perſolvandam, ipſis concedimus. Excepta canonica portione, ſacerdotum illic perpetuo conſtituendorum. Et quia eadem Parochia de adiacente ſilva putinenſi preſtante domino poteſt ampliari a loco, qui dicitur Putino-

we usque ad terminos Ungarorum, & usque ad montem Hartperch in predio *Comitis Ekkeberti* crescentibus ibidem novalibus hoc statuimus, & stabiliter in posterum conservari volumus; ut omnia novalia, que in silva prefata intra terminos prefignatos exquisita, & exquirenda Parochie Premberch continuabuntur, & in Parochias novas formabuntur, in eadem constitutione permaneant: ita videlicet, ut exceptis debitis portionibus sacerdotis plebani, decime omnes vinearum, frugum & animalium persolvantur ad predictam Ecclesiam cum integra iustitia nostro iuri debita & ad nostram dispensationem pertinente. Secundum scita canonicum quibus monemur habere curam pauperum. Ut autem hec nostre dispensationis pia constitutio nulla impietatis machinatione violetur, sed in perpetuum firmiter conservetur, sigillo nostro hanc paginam communitam roboramus. Si quis igitur contra eam agens temere tertio commonitus non responderit, ira Dei maneat super ipsum in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat per penitentiam; sine qua si defunctus fuerit de perpetrata iniquitate se reum cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis. Ego Chounradus sacre Salzburgensis Ecclesie humilis Minister Sabinensis Episcopus apostolice sedis legatus subscripsi. Ego Heinricus Salzburgensis monasterii S. Petri Abbas S. ego Iohanes Garzensis prepositus S. ego Megingotus Poumbergensis prepositus S. ego Fridericus Decanus maioris Ecclesie Salzburgensis S. ego Roudolfus Chiemensis prepositus S. ego Wernherus Secowensis prepositus ego Adalbertus custos & canonicus Salzburgensis S. ego Pertoldus diaconus & canonicus Salzburgensis, ego Meinhardus. Acta sunt hec multis coram astantibus nobilibus Laicis, & ministerialibus, quorum nomina ex parte subnotavimus. *Otto iunior Palatinus, & frater eius Fridericus. Chounradus comes de Pilstein. Walchunus de Stein. Wilhelmus de Wageneberge. Starquandus de Merre. Luipoldus de Walde.* Ego Rudegerus Prothonotarius curie

Salz-

Salzburgenſis anno ab incarnatione domini MCLXX IX. IV. idus Februarii ex mandato domini Chounradi Archiepiſcopi Salzburgenſis apoſtolice ſedis legati hanc paginam conſcripſi.

NUM. CXXV. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo nomine *Heinricus de Poumgarten*, tradidit ac delegavit Richenzam famulam ſuam, ſuper altare S. Michaelis Richerſperge ad omnimodam proprietatem, cum poſteritate ſua. H. r. t. ſ. *Pruno de Weſterndorf. Chounradus & Oulricus frater eius de Hasla. Rihkerus de Drahsheim, Ditricus de Tabrichndorf.*

NUM. CXXVI. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quedam mulier nomine *Heilica* cum marito ſuo *Friderico de Chuncinge*, tradiderunt predium ſuum per manum cuiusdam nobilis viri *Erns* nomine, ſuper altare S. Michaelis Richerſperge, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, & pro filio ſuo *Friderico* in communi vita ſecundum Regulam S. Auguſtini educando. H. r. t. ſ. *Fridericus & frater eius de Wiharn. Albero de Helm.*

NUM. CXXVII. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuri, quam preſentis temporis, quod venerabilis, ac nobilis matrona *Domina Hadewich Comitiſſa Hallenſis* delegavit, & contradidit de poteſtativa manu predium ſuum in villa, que Maichingen dicitur ſitum, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum familia utriusque ſexus, que idem predium incolebat, & unum molendinum in Gravendorf ſuper reliquias ſacrorum Eccleſie S. Michaelis in Richerſperge, pro remedio anime ſue, & ſenioris ſui *Comitis Engelberei, & patris ſui Comitis Diterici* ac matris omniumque parentum ſuorum in uſum fra-

fratrum inibi Deo servientium. H. r. t. per aurem atracti sunt hii, *Etich & filius eius Chounradus de Adloltingen. Meginhardus, & filius eius Etich de Geginperg, Oudalricus, & filius eius Oudalricus de Aihtal. Guntherus, & Hecil item de Aihtal, Pernhardus de Luibendorf, Oudalscalcus de Tobele, Wernhardus de Wilbach. Eberhardus de Husruke. Hainricus de Poumgarten cognominatus Zant.*

NUM. CXXVIII. circa An. 1160.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam fidelis homo nomine *Etich de Adloltingen* delegavit, & contradidit ad altare S. Michaelis in Richersperge, predium suum Dancholfingen dictum prope Altheim situm ad omnimodam proprietatem; consentiente filio suo *Chounrado*, & delegationem unacum patre suo faciente. H. r. t. s. *Heinricus de Wigratingen, sororius iam dicti Etichonis. Etich fratruelis eius de Chilingelinspach, Pernhardus de Luibendorf.*

NUM. CXXIX. circa An. 1160.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam liber homo nomine *Gerhardus de Stochar* delegavit ad altare S. Crucis in Ecclesia S. Michaelis Richersperge predium quoddam Paumlinesperg dictum, ad omnimodam proprietatem in usum fratrum inibi Deo servientium, rogatu, & petitione *Adilheidis de Pramperg* & filii eius Karoli pro remedio anime mariti sui, *Wernhardi occisi, fratris Wicpotonis de Orth*, & ipsa die, quam delegatio facta est, in cimiterio eiusdem Ecclesie sepulti. H. r. t. s. *Engelbertus de Plangenberg. Wicpoto de Orth. Etich de Adloltingen. Wernhardus filius Richkeri de Osterna. Eberhardus de Puchenperg. Fridericus Puer, item filius Richkeri. Gerhardus delegator Ekkehardus Chamere.*

NUM. CXXX. circa An. 1160.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Egen de Url* tradidit, ac de potestativa manu delegavit

gavit ſuper altare S. Michaelis Richerſperge vineam ſuam, quam habebat in partibus orientis in loco, qui Graben dicitur, poſt obitum videlicet ſuum, ob remedium anime ſue parentumque ſuorum. Hec autem delegatio facta eſt preſente uxore ſua, *item nobili Adelheit* nomine, & conſentiente, teſtes per aurem attracti ſunt hii *Oudalſcalcus de Tobele*, *Werinhart de Wilpach. Heinricus de Grube.*

NUM. CXXXI. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *nobilis* homo nomine *Heinricus de Paumgarten*, tradidit, ac delegavit ad altare S. Michaelis Richerſpergenſis famulam ſuam Irmgardam nomine ad V. denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Chounradius filius Etichonis de Adloltingen. Richkerus de Traſilheim. Heinricus Zant. Magnus de Vihuſen*, *Manegoldus de Anteſinhoven.*

NUM. CXXXII. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod *Domina Sophia Comitiſſa de Purchuſen* delegavit in manum fratris Diterici Cellerarii famulam ſuam quamdam, nomine Mathilt cum filiis ſuis, & cum omni poſteritate, vice ſua deleganda per eum ad altare S. Michaelis Richerſperge ad cenſum V. denariorum quod & ille perfecit, c. r. t. ſ. *Erchenbertus de Moſpach*, *Wicpot & filius eius Wernhart de Orth. Pilgrimus de Swent. Ainwic de Mininberg. Luipoldus de Ratenperg & Fridericus de Hunſperg. Henricus de Lofenbach. Swickerus de Bramdorf. Herrandus de Mieche*, & alii multi.

NUM. CXXXIII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo nomine *Werenherus de Poutenberch* tradidit ac delegavit ad altare S. Michaelis Richerſperge duo mancipia ſua Marquardum, & Giſilam, ad V. denariorum cenſum cum liberis, & poſteris ſuis,

qui ſe ad hoc antea dato pretio ab eo redemerant ſub certis teſtibus, quorum hec ſunt nomina, *Chounradus filius ipſius Werenheri* cuius etiam conſenſu ipſa delegatio facta eſt, *Rapot de Entevelt. Oudalricus de Wichenchirchen. Roudegerus & frater eius Oudalricus de Smidingen, Engelbertus de Putenberch & Waltherus de Grantperg, Diſpenſatores ipſius Werenheri, & Otto filius iam dicti Waltheri, Magnus & Regenhardus de Vihuſen*, & alii multi.

NUM. CXXXIV. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo *Liupoldus* nomine *de Pramerdorf*, dum egrotaret infirmitate qua & mortuus eſt, tradidit ac delegavit ſuper reliquias ſanctorum de Richerſperge, quosdam homines de familia ſua ad cenſum V. denariorum Richerſpergenſi Eccleſie ſingulis annis, pro remedio anime ſue, perſolvendum: factum eſt autem hoc preſente quodam venerabili Presbitero Richerſpergenſis Eccleſie Philippo nomine, a quo & idem Liupoldus iam in extremis conſtitutus viaticum accepit, preſente quoque fratre *Eberhardo Seniore*, cognato ipſius Luipoldi: preſentibus & aliis multis de familia ipſius Liupoldi. H. r. t. ſ. *Meinhardus & Heinricus de Verbling Rupertus liber. Ditricus de Angeſul. Erneſto de Prambach. Marquart Hugo de Runtheimen*, & alii &c.

NUM. CXXXV. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis Homo, *Pilgrinus* nomine una cum uxore ſua *Pertha*, tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge predium ſuum in loco, qui Fluda dicitur ſitum per manum cuiusdam liberi Hominis *Werenhardi* nomine de *Marcelineſpach*; tali tenore hacque conditione, ut ipſe iam dictus pilgrimus totaque proxima poſteritas eius idem predium poſſideat, & inde ſingulis annis ſtatutum ſervicium hoc eſt, XXX. dena-

denarios perſolvat Eccleſie Richerſpergenſi, pro remedio anime ſue, ac uxoris ſue iam dicte parentumque ſuorum. Huius rei Teſtes per aurem attracti ſunt hii *Adelhalm de Ehkolvingen*, *Werenhardus de Frihaim*, *Werenhartus Delegator Hainricus de Poutingen.*

NUM. CXXXVI. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis fidelibus Chriſti, quod Dominus *Hainricus Comes provincialis* cum conſenſu uxoris ſue Domine *Rickardis* delegavit quandam feminam ſui iuris, nomine Hilpurgam in manum patris ipſius mulieris, delegandam vice ſua ad altare S. Michaelis Richerſpergenſis ad cenſum V. Denariorum, quod ille fideliter exſecutus eſt delegando eam coram certo nuncio predicti Comitis & ad hoc perficiendum ab eo teſtinato, nomine *Aperto de Moſpach*, & coram multis Teſtibus de familia predicte Eccleſie.

NUM. CXXXVII. circa An. 1160.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod *Comes Dietricus de Vihtnſtein* quamdam de familia ſua Chriſtinam cum liberis ſuis delegavit ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad quinque Denariorum cenſum per manum cuiusdam *Nendingi nobilis* viri de *Rupertsberg*. Huius rei Teſtes ſunt: *Heinricus de Grauendorf*, *Penzo*, *Gotfridus Purchardus Miniſteriales predicti Comitis & alii quam plurimi.*

NUM. CXXXVIII. circa An. 1160.

Sciant omnes Chriſti fideles quod tres fratres *Reinhardus*, *Gebhardus*, *Heinrich* filii cuiusdam *Reinhardi de Tirswelle* acceptis quinque ſolidis a Magno presbitero qui tunc prefuit Hoſpitali abdicaverunt quidquid iuris habere poterant, in predio Tirswelle, quod idem predium pater eorum iam dictus Reinhardus accepto pretio a fratre Magifrido qui antea Hoſpitali preerat delegavit ad

altare S. Michaelis Richersſperge. Hoc autem abdicatio filiorum eius facta eſt primo iuxta Tædiſchirchen in manum fratris Ditrici Cellarii ſub his Teſtibus, *Wernhardo de Ort, Ottmaro de Stille, Luitoldo de eodem loco Hartmano & Engelgero de Winthag. Secundo autem* rurſus facta eſt in manum iudicis domini *Alhkeri* in publico colloquio etiam preſente iterum fratre Diterico. Huius quoque rei Teſtes ſunt: *Alhkerus filius Alkeri, Hugo de Lengenowe Meingotus de Prambach, Neudingus Lantfridus Rafoldus de Rupertsperge, Ruperus & filius eius Eberhardus de Owe, Guntholdus de Mekigen.*

NUM. CXXXIX. circa An. 1160.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam *Harthungus de Wengen*, rogatu cuiusdam *Othachari de Graphſperge*, tradidit quemdam Walbrunum ſuper altare S. Michaelis Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. Huius rei Teſtes ſunt, *Pertholdus de Regenhartſem Eberwin de Oſtranha Othachar de Tumolshem Hartmout de eodem loco Keroldus de Riede Perhart de Izingen. Hiembret de Haingen, Manegoldus de Langenſtadel Truthlieb de Tobele.*

NUM. CXL. circa An. 1160.

Notum facimus cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis *Princeps Comes Otto de Ratisbona* petitione cuiusdam proprii ſui Wecelonis delegavit filiam eiusdem nomine Hiltpurgam, ad altare S. Michaelis ad cenſum quinque Denariorum. Huis rei Teſtes ſunt, *Etich, Erneſt, Arbo Wernherus Germani Miniſteriales eiusdem Comitis Opreht de Moſpach.*

NUM. CXLI. circa An. 1160.

Chounradus de Aichperg delegavit ad altare S. Michaelis Richerſperge prediolum iuxta predium Tirswelle ſitum cum conſenſu uxoris ſue & filiorum ſuorum *Wigandi Chunradi Heinrici & aliorum:*

aliorum: qui omnes in manum Domini Philippi Parrochiani ſui abdicaverunt, quidquid iuris habere videbantur in eodem prediolo. Teſtes ſunt: *Wernhardus, & frater eius Heinricus de Ort Selpkerus Hucinger Reinhardus de Vichuſen.*

NUM. CXLII. circa An. 1160.

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe volumus quod quidam fidelis Homo nomine Siboto cum haberet propriam famulam Richerſpergenſis Eccleſie uxorem, nomine Friderum, dato precio unius Talenti redemit eam cum filiis, & filiabus ad quinque Denariorum cenſum.

NUM. CXLIII. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis Homo *Weſegrimus* nomine *de Winthag* rogatu cuiusdam *Gerhardi de Stocha*, tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge Leupertum & Sorores eius, cum matre ipſorum cum omni poſteritate eorum ad V. Denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Helmwicus, & frater Hartwicus de S. Georgio. Udalſcalcus de Tobele, Ekkehardus de Winthage Ottmarus de Geinbach. Rempertus de Winthage.*

NUM. CXLIV. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam Nobilis homo *Gerhardus* nomine de *Stocha* habens propriam famulam nomine Leucardam tradidit eam filie ſue *Chunigundi* iure ſuo poſſidendam: a qua eadem Leucardis cum unica filia ac omni poſteritate ſua precio talenti ſe redimens, ipſa Chunegundis iam dicti Gerhardi filia tradidit eam in manum cuiusdam Engelgeri nobilis viri delegandam cum unica filia ac omni poſteritate ſua, quo ipſa poſtulaſſet. Huius abnegationis

Teſtes ſunt: *Wernhardus ipſius Gerhardi filius, Wernherus Erchingerus utrique de Geinbach, Wasgrim, Remprecht, & frater eius Ekkardus omnes de Winthage.* Poſtea idem Engelgerus petitione ipſius Leucardis delegavit eam cum unica filia & omni poſteritate ſua ad altare S. Michaelis in Richerſperge, ad cenſum quinque Denariorum annuatim perſolvendum. Huius rei Teſtes ſunt per aurem attracti *Engelgerus Ekhardus, Wernhardus filius Gerhardi omnes de Winthage Ulſcalcus de Tobele.*

NUM. CXLV. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus quod Dominus *Heinricus de Poumgarten* accepto talento Ratisbonenſis Monete tradidit, ac manu ſua delegavit ſuper altare S. Michaelis Richerſperg Formoudam filiam Waltheri de Monaſterio ad cenſum quinque Denariorum annuatim perſolvendum: data ab eo alia quadam femina propria ad Eccleſiam Babenbergenſem, a qua ipſe eandem formoudam in beneficio poſſidebat, Teſtes huius rei per aurem attracti ſunt ipſe *Heinricus, & frater eius Ditricus de Poumgarten, & homines eorum Richkerus de Traſilheime Rawinus de Eccleſia S. Marie. Wernhardus de Geltolvingen. Wernhardus de Orth & miles eius Hartmudus Herbordus, Chunradus de Aiche.*

NUM. CXLVI. circa An. 1160.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine *Geroldus de Wilbach* Eccleſie Richerſpergenſis cenſualis, quamdam iuris ſui famulam nomine Diemoudam ex petitione uxoris ſue Waltradis, cui eadem propria exſtitit, eidem Eccleſie Richerſpergenſi pro remedio anime ſue, ſimul & uxoris ſue eam cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque Denariorum annuatim perſolvendum contradidit. Huius rei Teſtes ſunt per aurem attracti *Waltherus, & Engel-*

Engelſcalcus de Tobele, Engelfridus de Antiſenhoven Manegoldus de Antiſen.

NUM. CXLVII. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod unus ex Miniſterialibus *Engelberti Marchionis* Creiburch, nomine *Wernherus de Poutnberc* unacum uxore ſua dicta *Adelheid* delegaverunt ad altare S. Michaelis in Richerſperge curtem ſuam Hasla per manum nobilis viri *Waltheri de Hagnign* uſu fructuario ſibi ad tempus vite ſue retente. Huius rei Teſtes per aurem attracti *Adelramus de Genbach Wernhardus & frater eius Haitvolc de Pram Wernhardus de Riſach Udalricus de Pigartn.*

NUM. CXLVIII. circa An. 1160.

Sciant Chriſti fideles tam futuri, quam prēſentes, quod quedam nobilis femina Acela nomine cum filia ſua nomine Mathilda tradiderunt ſeſe Eccleſie Richerſpergenſis ad quinque Denariorum cenſum annuatim perſolvendum.

NUM. CXLIX. circa An. 1160.

Notum habeant Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod *Wernherus* fundator loci iſtius tradidit ad altare S. Michaelis Rudpertum ad omnimodam proprietatem. Qui volens accipere uxorem, conſilio ac auxilio amicorum obtinuit, ut nobilem quamdam acciperet nomine *Diemoudam* tamquam & ipſe eſſet liber; qui ſimul in pace manſerunt, donec illa remota omni dubitatione reſcivit, quod ille proprius eſſet Eccleſie. Et illa recedens ab eo dolensque, quod decepta fuerit reverſa eſt ad amicos nec ultra redire ad eum deſtinavit, donec coram prepoſito loci ipſius domino Gerhoho & domino Regingero ſic ad integrum terminatum eſt,

ut

ut illa eo pacto rediret ad eum, quod filiorum que vellet primum, & ultimum dimitterent liberum, & illa elegerat ultimum, quorum filiorum ultimus erat femina Richilt nomine. H. r. t. ſ. *Meinſo de Vihuſen Engelfridus de Anteſinhoven & frater eius. Anwicus de Wilbach, Geroldus de eodem loco. Merhoto de Marcelinesbach, Otto de Munſiur.* Que Richildis cum ſic eſſet libera tradidit ſe cum omni poſteritate ſua ad altare S. Michaelis ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Oudalſcalcus Rahwinus Pertoldus omnes de Tobele.*

NUM. CL. circa An. 1160.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Ditricus* nomine *de Aſpach* habitu religionis aſſumpto in Richerſpergenſe cenobio tradidit ad altare S. Michaelis quendam Adelberonam cum filiis ſuis ad ius proprietatis ſue: filias vero cum *eſſent talis libertatis, quod non poſſet eas tradere, niſi nupſiſſent hominibus aliene conditionis*, obtinuit apud patrem, ut primogenitam filiam nomine Mathildam eius anniſu traderet ad altare S. Michaelis ad quinque denariorum cenſum, tres vero alie ſorores ſe ipſas ad ſimilem cenſum eidem Eccleſie contulerunt. H. r. t. ſ. *Luipoldus de Ratenperg, & filius eius Siboto & frater eius Eberhardus, Oudalſcalcus de Tobele. Hainwicus de Widen. Arnoldus, & iterum Arnoldus de Luchlinſpach. Chunradus de Gurten. Gotſcalcus & frater eius Meingozus. Wernherus de Merswanch.*

NUM. CLI. circa An. 1160.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam matrona nomine *Oudelgart de Potenhoven* delegavit famulam ſuam vocabulo Diemoudam cum duobus liberis ipſius, in manum *Domini Ottonis de Anteſin* delegandam Eccleſie Richerſpergenſi ad quinque denariorum cenſum, at ille delegavit ipſos homines in manum *Domini Reingeri de Riede*; qui delegavit eos

Eccleſie

Eccleſie Richerſpergenſi ad cenſum V. denariorum. T. h. r. ſ. ipſi delegatores *Dominus Reingerus & Dominus Otto, & Dominus Wiepoto de Ort*, cui iure Advocatie commiſſi tenentur, & filius ipſius *Wernhardus*, & alii quam plures.

NUM. CLII. circa An. 1176.

Alexander Dei gratia Richerſpergenſis Eccleſie vocatus prepoſitus. Sciant fideles Chriſti, tam futuri, quam preſentes, quod quedam femina nomine Bertha uxor Adelberonis cum eſſet de propria familia Eccleſie, datis de rebus ſuis Eccleſie in fratrum uſum, hoc a nobis & a congregatione obtinuit, ut ipſa & liberi eius de cetero ſinguli quinque denariorum cenſum annuatim ſolvant: hoc feſto S. Michaelis divulgatum eſt, in audientia totius multitudinis.

NUM. CLIII. circa An. 1170.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam femine germane *Ita*, *Chriſtina* filie cuiusdam *Pertoldi de Ruripe*, cum eſſent libere tradiderunt ſe ipſas Eccleſie S. Michaelis in Richerſperge, ad quinque denariorum cenſum, T. per aurem attracti ſunt hii, *Chunradus Haugire*, *Liukozus de Mulberch. Ouſcalcus de Tobele. Alwinus de Hagnowe. Herbordus de Riede*, & alii &c.

NUM. CLIV. circa An. 1170.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo nomine *Oudalſcalcus de Tobele* accepta peccunia circa X. ſolidos a proprio famulo ſuo nomine Ottone tradidit eum ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Oudalſcalcus*, *Werenhardus de Wilebach*, *Liouchozus de Muleberch*, *Herebordus*, & *Chounradus de Eichet*.

NUM. CLV. circa An. 1170.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nomine *Otto de Cognatione* eorum, qui ſunt in villa *Vihuſen* optinuit a prepoſito & fratribus congregationis Richerſpergenſis Eccleſie, ut ſit ſerviens ad Eccleſiam S. Michaelis in Richerſperge, ad cenſum quinque denariorum per ſingulos annos, ſicut & cognatio eius que ſe ſimiliter ad cenſum quinque denariorum redemit; ut in libro cenſualium plene continetur. Ut ergo hunc hominem nullus de alio aliquo ſervitio in perpetuum, nec eius poſteritatem moleſtet; hec carta ei in teſtimonium ſigillata a prepoſito Arnone & a congregatione tradita eſt conſervanda. Hoc idem Wicmanus & Reimpertus fratres fecerunt predicti Ottonis.

NUM. CLVI. circa An. 1170.

Preſentes & futuri Chriſti fideles noverint, quod filie *Comitis Hallenſis Domina Alheidis*, & *Domina Richkardis* traditum ſibi a fratre ſuo *Comite Dietrico* poteſtativa manu petitione fratris ſui *Domini Gebehardi* aliquando *Comitis* & adhuc ſuperviventis delegandum quo vellent, tradiderunt ſuper altare S. Marie in ipſius Capella; Duringum famulum ſuum ad XII. denariorum cenſum in uſum ibidem luminum concinnandorum. H. tradit. t. ſ. hii. *Richkerus Senior de Weſen. &c.* Chriſti fideles noverint, quod iam dicte Domine itidem traditum ſibi a fratre ſuo *Comite Dietrico* alterum delegaverunt ad altare S. Marie in Capella ad XII. denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Hugo Iunior de Lengenowe.*

NUM. CLVII. circa An. 1170.

Omnes Chriſti fideles noverint, tam preſentes, quam futuri, quod fideles fratres Germani filii *Senioris Richkeri de Weſen*, *Richkerus*, *Werenhardus*, & *Fridericus dicti*, pie annuerunt patri, & matri

matri de collatis iam dudum ab eis Richerſpergenſi cenobio ſuis prediis; & ne forte hoc aliqua incidente cauſa mutare poſſent, ſuper altare S. Nicoli in ipſius Capella in multorum audientia immutabiliter id ipſum ſtare decreverunt: annectentes, ut ubicunque locorum vita decederent, in ſepulchris parentum ſuorum in ibi a fratribus devote ſepelirentur, quod fratres approbaverunt, eosque ſecundum petitionem ipſorum in fraternitatem ſuſceperunt. H. r. t. ſ. *Richkerus Senior de Weſen*, *Roudolfus*, & *Arnoldus de Seirlineſpach*, *Chounradus de Echeberch*, *Oudalſcalcus de Tobele*, *de familia Eccleſie*.

NUM. CLVIII. circa An. 1150.

Sciendum notificamus omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam clericus dictus Arnoldus *de Puoerbach*, unacum *uxore ſua Iutta & liberis*, *Sibotone*, *Henrico* predium, quod in Winthag habuerunt, circiter manſum unum fratribus Richerſpergenſibus ſeptem talentis vendiderunt, cuius predii delegator petitione ipſorum extitit vir ingenuus *Chounradus de Wolfſeke* in quodam placito *Ens* habito *per interducem Bavarie*, & *Auſtrie* delegando ſuper reliquias prefate Eccleſie in preſentia prepoſiti eiusdem Eccleſie. H. r. teſtes ſunt hi. *Engiſcalcus de Waſen*. *Wicmanus de Munſtur* & *Waltherus*. Predicta Iutta cum liberis Sibotone & Heinrico & filiabus abnegationem eiusdem predii fecit, in domo propria Puerbach in manum fratris *Sigloki* in predicta Eccleſie converſi: ipſo teſtes ſupe hoc per aurem attrahente predictos &c.

NUM. CLIX. circa An. 1176.

Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod quidam de miniſterialibus *comitis Pertholdi de Andheſn* nomine *Wernhardus de Ort*, curtim, quam habuit Potenhoven, fratribus Richerſpergenſibus vendiderit, XX. talentis, & per manum cuius-

dam liberi viri Wolfcrim dicti delegaverit ſuper altare S. Crucis, in prenominata Eccleſia in preſentia domini prepoſiti Philippi eiusdem loci & fratrum ſuorum, cuius traditionis a prepoſito teſtes per aurem attracti ſunt, ipſe traditor *Wernhardus & delegator Wolfcrim*, *Richerus de Drehsheim. Wilhalmus de Mercelineſpach.* Quidquid autem iuris, aut proprietatis in iam dicta curte frater ipſius Wernhardi, Ulricus, & ſoror eius Alhedis, Mater eorum Leucardis habuerunt his teſtibus ante Valvas Eccleſie ſue Ort abnegavere. *Wernhardus de Ort*, *Wernhardus de Moriſpach. Wernhardus de Wilbach. Oulſcalcus de Trahsheim. Ulricus de Niderhoven. Ulricus de Pigarten.*

NUM. CLX. circa An. 1180.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo *Otto* nomine filius *Eberhardi de Ekke* accepto precio delegavit famulas ſuas Chounigundam, & filiam eius ad altare S. Michaelis Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. ipſe traditor ac delegator, Otto predictus, *Heinricus de Paungarten*, *& Rickherus proprius eius de Drahsheim. Chounradus de Neuhemne. Henricus de Weſterdorf.* *Chounradus maritus predicte Chunigundis.*

NUM. CLXI. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo nomine *Pilgrimus de Toutnbach* dato precio *comiti Ditrico de Witnſtein* filiam ſuam nomine *Hilgart* redemit libertati, quam poſtea petitione ipſius cum omni poſteritate ſua delegavit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperg ad cenſum quinque denariorum &c.

NUM. CLXII. circa An. 1180.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quedam mulier Gotſteun cum eſſet libera

ſe

ſe ipſam cum unico filio ſuo *Chalhoho* ac omni ſimul poſteritate ſua obtulit, atque contradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad quinque denariorum cenſum annuatim perſolvendum. Huius r. t. ſ. *Heinricus de Groube. Pertholdus de Momenowe Pater mulieris Rahewinus de Merswanch. Rahewinus de Pfafingen. Gerharthus de Vilmittsheimen.*

NUM. CLXIII. circa An. 1180.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futus quam preſentibus, quod quidam Gotto nomine cum eſſet Eccleſie ex traditione *Gebhardi Hallenſis comitis*, uxorem autem haberet liberam *Heilicam* nomine, tres filias ſuas Chunigundam Wentelmut Helicam, *cum eſſent eiusdem conditionis cuius & mater*, tradidit eas ad altare ſancti Michaelis ad quinque denariorum cenſum, filium vero ſuum Chunradum redemit ab Eccleſia ad eundem cenſum: *Quia iuxta morem illorum, qui vocantur parſcalchi filie maternam, filii vero paternam, habent conditionem.* Facta ſunt hec ſub domino Philippo prepoſito, teſtes ſunt *Gotſcalcus Heribordus & Chounradus de Eiche. Luipoldus de Ratenberg. Arnoldus de Luchlineſpach.*

NUM. CLXIV. An. 1180.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod duo germani fratres Menhardus & Ditricus mancipium ſuum Wernhardum vocatum ab eo accepto precio delegaverunt in Eccleſia S. Michaelis in Richerſperge ſuper altare S. Crucis ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Altal. Oudalricus de Tobele Herbordus de Aiche.*

NUM. CLXV. circa An. 1180.

Omnibus Chriſti fidelibus preſenti ſcripto notificamus, qualiter *comes Ekkebertus* predium in Bramadorf de quo cum Ri-

cherſpergenſibus contendebat, in manum prepoſiti Philippi abdicavit, his ſubſcriptis teſtibus, *Engelbertus de Blanchenberch, Chadelhohi de Valchenſtein de miniſterialibus ipſius Manegoldus & frater eius Roubertus*, de familia vero S. Nicolai patavie ubi preſente domino Heinrico prepoſito negotium iſtud ventilatum & terminatu eſt, hi fuerunt preſentes Siboto, Alberandus &c. Huius autem controverſie modus ex eo habebatur, quod *Ekkebertus* idem predium cuidam *Wernhardo de Morteſpach & Wernherus cuidam Dietmaro de Senge* miniſteriali predicti Ekkeberti, violenter Eccleſie Richerſpergenſi ablatum, inbeneficiaverat: a quo Dietmaro Richerſpergenſes illud, coram Marchione iudiciario ordine, primum abſolverunt; dein caritative pro conſilio Epiſcopi Patavienſis & petitione Marchionis hoc tenore redemerunt, ut duo predia Eccleſie, videlicet Hechedesberch, & Rizental ei permitterent, quoad viveret, ſic tamen ut neque ad uxorem, quam nec diu habuit, aut liberos vel quoslibet eius amicos beneficii *iure* tranſirent. Ad cuius rei evidentiam, id eſt, ut pateſceret, *quod* non predii proprietas, ſed poſſeſſionis utilitas ei indulta eſſet, a manu prepoſiti predia ipſa ſuſcepit; hac conditione, ut cenſum XV. denariorum in die S. Michaelis exinde ſolveret, & ſi hoc negligeret, predia ipſa libere in fratrum uſum cederent. Sic ergo cauſa ipſa terminata eſt preſente *Dietrico comite de Wazerburch* in loco, qui Subnenſi Clauſtro adiacet, preſentibus, & per aurem tractis his, qui ſubnotati ſunt teſtibus, *Dietricus comes, Alchkerus de Waldekke & Hainricus filius eius. Rihkerus de Weſen & Wernhardus & Fridericus frater eius: Wernhardus de Orte. Wernhardus de Brambach Megengotus Frater eius: de miniſterialibus comitis Gotſcalcus de Frieſingen. Hainricus de Grauendorf. Roudegerus de Oſterenberge. Wernherus de Waldekke. Pertoldus de Orte*, & alii multi.

NUM.

NUM. CLXVI. circa An. 1180.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo *Amlbertus de Aglign* delegavit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperge Englchalcum, & Azalam cum liberis ſuis ad cenſum quinque Denariorum. Huius rei Teſtes ſunt: *Herbordus de Aiche Albero de Helm, Roudegerus de Mathchoven Oudalſchalcus de Tobele, Werahardus de Wilbach, Englchalcus pater Delegator*, qui eandem delegationem inpetraverat, precio duodecim Solidorum.

NUM. CLXVII. circa An. 1180.

Notum habeant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod quidam homo Oczo nomine cenſualis Richerſpergenſi Eccleſie, cum quamdam liberam Mulierem ducere vellet uxorem, Hildegartis nomine, ſed de libertate eius ambigeret; illa teſtimonio ſubſcriptorum liberam ſe comprobavit, & ſic demum illi nupſit. Hi Teſtes: *Pero de Mulhaimen, Aſchwinus de Uruar Altmanus frater eius, Pertoldus frater ipſius Mulieris: Engelbreth, Gundaram utrique de Munigen.* Poſtea eadem mulier acquieſcens precibus mariti ſui tradidit ſe ipſam cum omni poſteritatis linea ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad quinque Denariorum cenſum annuatim perſolvendum. Huius rei Teſtes ſunt: *Hartmanus miniſterialis Ducis, Herbordus de Aiche, & filius eius Eberhardus Leucozus de Mulberch, Otto de Urikeimen Heinricus, & Pilgrimus fratres Oczonis & alii quam plures.*

NUM. CLXVIII. circa An. 1180.

Omnium fidelium Chriſti, & Eccleſie preſenti ſcripto denuntiamus Memorie, quod quedam nobilis Matrona nomine *Eufemia de Obernperg*, rogatu ſororum in Richerſperge tradidit quamdam famulam ſuam Pertham nomine, ad altare ipſius Eccleſie,

ut

ut eſſet in miniſterio iam dictarum ſororum, & annuatim perſolveret cenſum quinque Denariorum. Huius rei Teſtes ſunt: *Leutoldus, & Pernhardus frater eius de Saverſteten Pabo de Omenshaimen Eticho de Gegenperge.*

NUM. CLXIX. circa An. 1180.

Omnibus Chriſti fidelibus preſenti ſcripto denuntiamus, quod Dominus Otto Richerſpergenſis Canonicus quamdam famulam ſuam Chunigundam nomine, cum filio ac filia omniqne poſteritatis linea tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperge ad quinque Denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Ditmarus Scriære & filius eius Ditmarus.*

NUM. CLXX. circa An. 1180.

Sciant omnes Chriſti fideles, quod quidam nobilis homo *Weſgrimus* nomine de *Winthag* rogatu *Richeri de Aſterna* tradidit ad altare S. Michaelis Richerſperge quamdam Richardem cum *liberis* ſuis, & reliquis. H. r. t. ſ. *Richerus de Oſterna, Pertholdus de Winthag Engelgerus de eodem loco. Regengerus de Riede Walcherus de Tobele. Engelſcalcus de eodem loco,* hoc factum eſt Tempore Gerhochi Venerabilis eiusdem loci prepoſiti. Verum cum iam dictus *Richerus de Oſterna* viam univerſe carnis ingreſſus eſſet, & *Wernhardus* filius eius factum patris caſſando predictam Richardem cum liberis ſuis in ditionem ſuam coegiſſet, tandem Richerſpergenſibus fratribus intervenientibus ab Engelgero premorate Richardis marito precium ſex talentorum accepit, & quidquid iuris in ipſa, liberisque ipſius habuit, aut habere potuit, Richerſpergenſi Eccleſie remiſit, & eam una cum liberis ſuis, cum omni Iuſticia, qua eam poſſedit, ad altare S. Michaelis contradidit. Laudavit preterea idem Wernhardus ſuper ſacrorum reliquias, & in manum Domini Philippi, illis diebus regnantis habenas Richerſpergenſis Cenobii

nobii quod, ut filius eius factum suum confirmaret, vera fide, abs*que omni male & simulate artis fictione*, ab ipso conaretur optinere, dum primum decurrisset nutrimenta tenerioris infantie. H. r. t. s. ipse Wernhardus, & homo eius, *Albertus de Groube, Chounradus de Aichperge Albuinus de Hagenawe.*

NUM. CLXXI. circa An. 1180.

Universis sub Christiana fide degentibus memorabile esse volumus, quod quidam *Gebolfus* Ministerialis de Wirzburch predium suum Mezenbach cum Molendino, & quandam famulam suam nomine Mathildam cum liberis suis ad omnimodam proprietatem tradidit Richerspergensibus fratribus sub his testibus *Wernhardo de Mortspach, Roudgero de Pramhoven, Chounrado de Aichberch Ulscalco de Tohele. Dietrico cognominato Hachingare, & aliis.* Verum ipsum predium, quidam *Wernhardus de Teischirchen* ipsius predii legitimus delegator petitione predicti Gebolfi super reliquias iam dicte Richerspergensis Ecclesie delegavit, his qui subscripti sunt Testibus: *Wernhardus de Orte, Chounradus de Pitenperge Wernhardus Delegator Rudgerus de Pramhoven, Rudgerus de Ecclesia S. Marie Ulscalcus de Tobele Wernhardus de Wilbach, Ulricus de Niderhoven, Wernhardus de Wizzenawe Pertolt de Ort, Albero de Gruebe, Manegoldus de Antisenhovem.*

NUM. CLXXII. circa An. 1180.

Noverint omnes Christi fideles quomodo Deo devoti quatuor germani fratres Wernherus, Paldunch, Grimolt, Dietherus cum duabus Sororibus suis Alburch & Mahtilt pro remedio anime sue datis L. talentis per manum Domini sui *Comitis Heinrici urbis prefecti* in pentecosten apud Stoufen, tradiderunt Ecclesie Richerspergensi curtim Mulberch. H. r. t. s. *Roudpertus, Wolf de Paxperch Eglolfus de Stain, Hartnit de Herefingen, Sibot de Stoufe & fra-*

ter eius Engelſcalcus Sifrit de Eigoltingen & frater eius Hartwic Eimio de Tuſingen, Heinricus de Mulbach Dietmar de Tuſingen & Heinricus frater eius Gotſcalch de Panholz.

NUM. CLXXIII. circa An. 1180.

Noverint omnes Chriſti fideles preſentes & futuri, quod quidam miniſterialis *Heinricus* nomine pro remedio anime Matris ſue *Giſile de Rehepochinge* & omnium parentum ſuorum tradidit ſuper altare S. Michaelis predium ſuum Vogelnperg vocatum. Huius traditionis Teſtes ſunt: *Comes Dietricus de Vihtenſtein, Ortolfus de Laimingen Ottmarus de S. Mariechirchen Duringus de Braitenberc Fridericus de Gerntberc.*

NUM. CLXXIV. circa An. 1180.

Notum eſſe volumus omnibus tam futuri, quam preſentis temporis hominibus, quod quidam liber homo nomine *Rupertus de Waccelinge* abdicavit in manus Richerſpergenſium fratrum quidquid habere poterat iuris, in prediolo quodam in Geralſpach ſito. Actum apud Eberswanch coram iudice in publico placito, & ſubnotati ſunt predicte r. t. *Siboto Stoll de Wichar Eberger & filius eius Heinricus de Pilgersheim. Willehalm & Irmhart, & Heinricus de Eceling gen, Almar de Galſpach Chraft & Eticho de Amphewanc. Sipot de Wiſpach, Gotſcalcus Scerio, Gerhardus de Toumolisheim. Wolfkanch de Chinden. Herbordus de Eiche*, & alii plures.

NUM. CLXXV. circa An. 1180.

Sciant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quomodo quidam fidelis homo *Oudalricus* nomine *de Niderhoven* in die reverſionis uxoris eius Hiltegundis in matrem omnium delegavit atque contradidit, ſuper altare S. Crucis in Richerſperge, pro remedio anime ſue etiam dicte uxoris eius, utriusque parentum tria

iugera

iugera per duos campos distributa, ville que Munstur dicitur collimitanea. T. per aurem attracti hii s. *Wernhardus de Ort, Selcherus & filius eius Rudgerus Huchingenses*, abdicaverunt quoque quidquid iuris in his habere vise sunt filie ipsius Oudalrici.

NUM. CLXXVI. circa An. 1180.

Ut cognoscat generatio altera, etiam filii, qui nascentur enarrent filiis suis posterorum memorie scripto presenti commendanda notificamus, qualiter mulier quedam Lieba nomine de Varie predium in Frihaim, quod Sigifridus frater eius constitutione Domini sui Hainrici ducis pro concremationc cuiusdam curtis Richerspergensibus fratribus contulit, ipsa per mortem fratris hereditario sibi iure cedere debere contendens, querimoniam movit, acceptisque tandem a preposito Richerspergensi tribus talentis predium ipsum coram his, qui subscripti, testibus ipsa cum Rudolfo & Hagnone filius, ut & Cunnigunta filia abdicavit. T. s. *Fridericus de Prunoe Iudex Ducis in Ranshofen sub quo causa ista terminata est, Eberhard & Chunradus fratres eius, Hainricus de Ellinge, Chunradus de Geselinge, Oudalricus Stemphar Stefeno de Wurloe, Germundus Camerarius.*

NUM. CLXXVII. circa An. 1180.

Notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, quod quidam liber homo *Raffoldus* nomine *de Rupretsperge* predium quorumdam fidelium *Helpfrici ac Wilibirge* uxoris eius, Wezellbach dictum, petitione ipsorum, ob remedium animarum suarum simulque utriusque parentum tradidit ad altare S. Michaelis in Richersperge sub his testibus *Hugo de Ruthaimen Albertus de Grube, Ulscalcus de Tobele. Herbordus de Aiche, Counradus*, & alii quam plures per aurem attracti: nam ipsa delegatio in audientia totius multitudinis que ipso die utpote die Dominico ad Ecclesiam confluxerat celebrata est.

NUM. CLXXVIII. circa An. 1180.

Cunctis Christiane professionis hominibus presenti stilo denuntiamus, quod unus ministerialium *Comitis Pertoldi de Neuvenburc*, *Wernhardus de Ort*, uxori eius Chunigundi viam universe carnis ingresse, cum traderet terre carnis materiam; pro remedio anime eius parentumque suorum unacum patre iam dicte Chunigunde nomine *Luepoldo de Walde* tradidit, ac delegavit super altare S. Michaelis in Richersperge mansum unum in carintia, Puhel dictum, secus Ecclesiam Stadel. H. r. t. s. hi ipse *Wernhardus, Socer eius Luepoldus. Wernhardus de Rotawe, Richerus de Wesen & frater eius Fridericus, Wernherus de Putenberge, Ulricus Hucinger & fororius eius Duringus. Richerus de Draselhaimen, Ditmarus.*

NUM. CLXXIX. circa An. 1180.

Notum sit omnibus Christi fidelibus futuris, & presentibus, quod duo Comites de Ortenberge abdicaverunt, quidquid *iuris* habuerunt in duobus prediis Potenhoven & Revel in manum Philippi prepositi; datis sibi, sicut postulaverant quatuor talentis & equo, huius abdicationis t. s. *Wernhardus de Rotawe. Wernhardus de Orte, Heringus de Talheim. Hermanus de Saxpach. Hezel de Graben. Henricus de Erla. Ulricus de Chirchdorf.*

NUM. CLXXX. circa An. 1180.

Philippus Dei gratia Richersperginsis Ecclesie vocatus prepositus, sciant fideles Christi tam futuri quam presentes, quod filia Epponis nomine Helint, cum esset de propria familia Ecclesie, datis de rebus suis Ecclesie in fratrum usum; hoc a nobis & a congregatione obtinuit ut ipsa, & posteritas eius de cetero singulis annis quinque denariorum censum solvant. H. r. t. s. *Manegoldus, & frater eius Mainso de Antesenhoven, Pertold de Muntrichin.*

NUM.

NUM. CLXXXI. circa An. 1180.

Sciant omnes Chriſti fideles tam preſentis ſeculi, quam futuri, quod *Comitiſſa de Purchuſen Domina Sophia*, tradidit ad altare S. Michaelis hominem ſuum, Meinwardum nomine, cum dimidio manſo ad omnimodam proprietatem, pro remedio anime ſue. Hec facta ſunt preſentibus Abbate de Pueren, Walthero & teſtibus ſubſcriptis *Otto & Chuono frater eius de Stephninge. Rapoto de Oberndorf. Gebolfus miles Domini Ottonis, Chunradus Camerarius de Pueren, Oudalricus Camerarius Domine Sophie Comitiſſe, Fridericus.*

NUM. CLXXXII. circa An. 1180.

Omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, hoc ſcripto notificamus quomodo fidelis homo Oulſcalcus nomine pro receptione duorum filiorum ſuorum & filie unius, delegavit predium ſuum Petinge ſuper altare S. Michaelis per manum liberi hominis *Alrami de Geinpach*, ſed & dimidium manſum Tebele, qui de prediis *Wernheri* fundatoris conputatur a pie memorie Gerhoho eiusdem loci prepoſito *Walthero* patri prefati *Oulſcalci* in beneficium ad tempus vite ſue celſerat, iam dictus Oulſcalcus patre decedente quaſi hereditaria conceſſione etiam voluntate fratrum Richerſpergenſium diu poſſederat, abnegavit, ac filium ſuum abnegare impetravit, his pactis ipſum manſum in beneficium ad ſpatium vite ſue ac uxoris ſue redonari poſtulavit a domino Philippo prefato prepoſito, quod & factum eſt. Huius autem delegationis, & abnegationis teſtes ſunt hii. ipſe delegator *Wernhardus de Orte & frater eius Oulricus Wernhardus de Wilbach. Leo de Oſterna.*

NUM. CLXXXIII. circa An. 1180.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam fideles homines Heinricus Pertoldus Megengotus delegave-

eiusdem anni teſtes cauſe produxit, quorum iſta ſunt nomina, *Chounradus Roughalm, Wilehalm de Geileſpach. Egen de Poſenpas, Volcholt & filius eius Alram. Waltherus de Aſcha. Egen de Chalinge.*

NUM. CLXXXIX. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus pie in Chriſto viventibus futuris, & preſentibus, quod nobilis Miniſterialis *Chounradus de Anteſemperge* delegavit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperge, pro ſalute anime ſue dimidium manſum qui dicitur vulgo Azelinshube; fructuario uſu ſibi ad tempus vite ſue retento; datis V. Denariis in teſtimonium delegationis: ipſo quoque defuncto, qui fuerunt Coloni ipſius manſi ſimul erunt Eccleſie. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Ort Gerhard de Chadlinge, Chunradus, & Wernhardus frater ſuus de Holzluten Fridericus de Ort, Alram de Windeperge.*

NUM. CXC. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus in Chriſto viventibus quod *Comitiſſa de Ortenberge Eliſabeth* nomine delegavit ſuper altare S. Michaelis Richerſperge predium quod plade dicitur. H. r. t. ſ. *Walchun de Steine, per cuius manum delegatum eſt, & filius eius Chunradus, Ekkerhardus de Uuthen, Chunradus de Razlinsdorf, Hartwicus de Rocholvinge, Walchun de Lohe. Heinricus de Trebensroute, Hartwicus de Hage, Otto filius Ekkahardi de Fuhte.*

NUM. CXCI. circa An. 1190.

Noverint Chriſti fideles preſent. & futuri, quod quidam Miniſterialis *Gebehardus* nomine *de Aiggelinge*, occiſus a fratre ſuo *Ameberto*, in preſentia fratrum ſuorum non contradicentium tradidit Eccleſie Richerſpergenſi ad omnimodam proprietatem VI. homines ſuos quos omnes ipſe moriens, ſeculo abrenuntians, delegatorem ſuum *Luittholdum de Sauerſteten* delegare ſecit cum omni poſteritate ſua,

ſuper

ſuper altare S. Michaelis in eadem Eccleſia, quo & ſeipſum contulit.

NUM. CXCII. circa An. 1190.

Cunctis Chriſtiane profeſſionis hominibus tam preſentibus, quam futuris preſenti ſtilo denunciamus, quod unus Miniſterialium Comitis *Pertoldi de Nuenberghe Wernhartus de Ort*, mulierem nomine Itam, quam in beneficio habuit, alia data per concambium delegavit ſuper altare S. Michaelis ad V. Denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Ort, Fridericus & Hartmadus milites ſui, Richerus de Draſelheim, & fratres ſui Wernhardus & Hainricus, Hainricus de Parcheim, Rapoto, Pernhardus de Traſelheim, Herrandus & Friderſipus de Linde.*

NUM. CXCIII. circa An. 1190.

Sciant omnes Chriſti fideles, tam preſentis ſeculi, quam futuri, quod quidam Miniſterialis Eccleſie Eberſperge nomine Eberwinus famulum ſuum Wernhardum delegavit ſuper altare S. Michaelis Richerſperge, ad cenſum quinque denariorum.

NUM. CXCIV. circa An. 1195.

Notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus, quod Domina *Diemoudis* relicta Domini *Meingozi de Surberch*, pro remedio anime ſue, ac domini *Meingoti* mariti ſui, & omnium parentum ſuorum, curiam unam, Vötteswinchel contulit Eccleſie Richerſperge. Sed & Dominus *Siboto de Surberch* alteram in eadem villa curiam ſimili tenore predicte Eccleſie contradidit, & utramque traditionem Achiepiſcopus Adelpertus conſenſu ſuo, ac Miniſterialium ſuorum roboravit. H. r. t. ſ. *Heinricus prepoſitus de Werte, Wichmannus prepoſitus de Halle Siboto de Surbere, & fratruelis eius Hermanus, Heinricus de Wisbach, Heinricus de Ouzlinge, Gotſcalcus de*

Uncinge Pertoldus. Hii omnes Miniſteriales S. Roudperti Salzburgenſis Liutoldus Engelbrecht, Walchun Arnold, Gotfridus milites Domine Diemoudis, Dietmarius de Plaigen, Rugerus Rudolfus de Surberch Otto de Richerſperge, Ulricus de Salzburch & alii plures.

NUM. CXXV. circa An. 1195.

Notum ſit, quod Hermanus cognominato Swarze cenſualis Eccleſie dedit pro remedio anime ſue prediolum, quod habuit ad Ekkartingen cum conſenſu filii ſui Hermanni ad hoſpitale in uſum pauperum, accepto modico precio videlicet LX. Denariorum ab Hermanno presbitero, qui Hoſpitali tunc prefuit.

NUM. CXCVI. circa An. 1195.

Notum ſit, quod tria prediola ad Ekkartinge in Idemtalem, que tres viri Hermani Pligrim, Wernhard dederunt Eccleſie S. Michaelis ad cenſum quinque Denariorum ſingulis annis & *ut poſt* obitum filiorum omnimodis eſſent Eccleſie; albero prefati *Pilgrini* filius adhuc vivens quidquid iuris habuit in predio ſuo totaliter Eccleſie noſtre contradidit, ut neceſſaria victus & veſtibus in hoſpitali acciperet.

NUM. CXCVII. circa An. 1195.

Notum ſit, quod quedam fidelis Mulier *Gerdrudis de Oberaltheim* tradidit ad altare S. Michaelis famulum ſuum Heinricum pro remedio anime viri ſui Rudgeri accepto etiam dimidio talento a parte ſervi Meinhardi: poſuit quoque predium ſuum quartam partem manſus ad Oberaltheim in pignore in manum Sacerdotis ut reddantur Denarii, ſi de poſteris ſuis, quispiam prefatum ſervum ſibi velit vendicare.

NUM.

NUM. CXCVIII. circa An. 1190.

Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus quod quidam Ministerialis nomine *Cunradus de Antesenperge* acceptis duodecim solidis quamdam famulam suam nomine Chunigunda cum filia iuniore nomiue Adelheide pro remedio anime sue contradidit super altare S. Michaelis cum omni posteritate sua ad censum quinque Denariorum. H. r. t. s. *Albero de Tobele, Rahwinus de Phesingin, Herbordus de Aiche Luchoz de Mulberge & filius eius Rahwinus Fridericus de Tobelle Engelberus prepositus predicti Chunradi.* Idem Chunradus secundario acceptis duobus solidis predicte famule filiam nomine Tutam, & filium nomine Oulscalcum delegavit super altare S. Iohannis in Absida ad censum quinque Denariorum. H. r. t. s. *Manegoldus & frater eius Magnus de Antesenhoven, Roudegerus de Antesenghoven Wicherus de Antheseuperge Hainricus de Frihaim siboto de Frihaim. Rudegerus frater Herborti de Frihaim.*

NUM. CXCIX. circa An. 1190.

Notum sit, quod Ministerialis quidam *Chounradus de Antesenberge,* dedit Ecclesie nostre predium, quod appellatur Vulgo Dazemenichling causa anime uxoris sue Ite. Testes sunt hii: *Wernhardus de Pramhach & frater suus Meingotus Amolpertus de Digelinge Hartmudus de Ort, Ditricus de Visenhart, Manegoldus & frater suus de Antesenhoven; Magnus, Gotfridus, Engelpertus Magnus de Antesenperge, Wernherus de Hibinge: Heinricus Strichare.*

NUM. CC. circa An. 1190.

Notum sit predium Frihaim tali modo nobis deveniſſe: quedam nobilis Mulier Bertha & filius suus Einwicus quoniam illud de fundo Ecclesie fuisse recognoverunt post mortem suam liti cedentes predium nobis reliquerunt. Verum Wernhardus filius pre-

dicte Berthe asserens; sibi hereditario iure illud cessisse invitis nobis usque ad finem vite sue predium retinuit; quamquam etiam quodam anno, quod lite renunciavit, Domum sibi edificavimus, & duas prebendas subministravimus, & duas filias in clausstrum suscepimus; quas tunc ne predium perderet nobis ignorantibus de clausstro recepit. Tandem post mortem suam gener ipsius Walkerus fortiter nobis resistentibus predictum predium invasit. At *Castrenses de Obernberge* pro bono pacis sale medium fecerunt, ut sororem uxoris prefati Walkeri in clausstrum reciperemus prediumque sine lite haberemus, predium quoque Gunthalminge si sine Herede decederent, ad nos pertineret. Testes: *Liutoldus & filius suus, Liutoldus de Sauersteten, Chunradus de Meswanch, Hermannus de Eigelinge, Meinhardus de Murringe, Heinricus de Saxpach, Heinricus de Murheim.*

NUM. CCI. circa An. 1195.

Noverint omnes Christi fideles, quod quedam nobilis Matrona nomine *Diemoudis de Wesenperg*, cum filio suo *Ernisto* delegavit super altare S. Michahelis in Richersperg per manum cuiusdam liberi Hominis *Liutoldi de Huntozing*, pro remedio viri sui *Friderici* ibidem sepulti, dimidium Mansum in Aichenbach & dimidium Zechenzingen situm, in omnimodam proprietatem. H. r. t. s. *Marquardus frater Domini Heinrici de Morspach Cotscalcus de Wesenperg Meinhardus Pechstain, Heinricus de Suben, Heinricus de Murheim Engelscalcus miles domine Diemudis Luitoldus delegator predii predicti Liukohus de Mulperg, & duo filii eius Herwordus & Rahwinus.* Hii sunt Testes, quod Dominus *Otto de Riede* in extremis suis tradidit nobis predium Luchilinspach *Grifo de Albrechtsheim*, Pilgrinus de Huzingen.

NUM.

NUM. CCII. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam nobilis Matrona nomine *Luckardis relicta Domini Ottonis de Steuz* pro remedio anime viri eiusdem *Ottonis*, predium Leuchlinſpach ſicut ipſe adhuc vivens diſpoſuerat delegavit S. Michaeli in Richerſperge, per manum Domini *Ulrici Streun*, ſine omni contradictione, ſimiliter & predium Lintloch eadem devotione obtulit, S. Michaheli in Richerſperge, acta ſunt hec in Eccleſia Stouze. Huius rei Teſtes ſunt hi: *Ulricus Delegator*, *Abbas Chunradus de Sitanſtetn*, *Otacher de Sitanſtetn. Rudigerus de Gawaſt*, *Eberhurdus de Steouz.*

NUM. CCIII. circa An. 1190.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam plebanus de Roſspach nomine Pilgrimus, cum eſſet in extremis eligens ſepulturam in Cenobio S. Michahelis in Richerſperge, & decem Mancipia, que proprietatis iure tenebat, pro remedio anime ſue tradidit S. Michaheli ad cenſum quinque Denariorum. H. r. t. ſ. *Chounradus de Finign legatarius eorum hominum*, *Pertholdus*, *& Eberhardus Ambo de Truibach Heinricus de Berg.*

NUM. CCIV. circa An. 1195.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod frater Eberhardus dum eſſet Cellerarius fratrum in Richerſperge emit Vineolam in Crems contiguam vineis noſtris pro X. Talentis a quodam brugenſi nomine Rapotone abdicante ipſo Rapotone, & uxore eius & filiis, quidquid iuris habebant in ipſa vinea, acta ſunt hec in Crems.

NUM. CCV. circa An. 1195.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, quod quidam nobilis *Otto Hochuck* nomine delegavit super altare S. Michahelis quamdam Gertrudem omnimodam in Proprietatem, acceptis duobus talentis per Manum cuiusdam liberi Sibotonis.

NUM. CCVI. circa An. 1195.

Notum sit omnibus fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod Matrona quedam nomine *Diemudis*, pro remedio animarum viri sui *Heinrici de Erla*, & sui parentumque suorum delegavit S. Michaeli in Richersperge predium, per manum Domini *Rudolphi de Gienberg*, sine omni contradictione, in omnimodam proprietatem. H. r. t. s. ipse delegator *Rudolfus*, *& frater eius Meingotus*, *Heinricus Chounradus*, *Heinricus*, *& frater eius Ternordus de Thing*, *Ulricus de Chirstorf*, *Herbortus de Aiche*. *Albero de Tobele*. *Radegerus de Aiche*.

NUM. CCVII. circa An. 1195.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quedam Matrona nomine *Tuta de Purchach* famulam suam Gerbirgem nomine & filiam eius Liupirch dictam delegavit ad altare S. Crucis in Richersperge ad censum quinque denariorum ob remedium animarum viri sui & sui ipsius.

NUM. CCVIII. circa An. 1195.

Notum sit omnibus fidelibus tam futuris, quam presentibus, quod quidam ministerialis nomine *Ulricus* occisus *de Woirtingen* tradidit famulam suam nomine Chunigundam ob remedium anime sue super altare S. Michaelis ad censum quinque denariorum. H. r. t. s. *Pilgrimus de Houchingen*. *Roudigerus miles suus*. *Herbordus de Phungen*. *Herbordus de Aicha*.

Num.

NUM. CCIX. circa An. 1195.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus. quod Siboto, & Heinricus de Zaun filii Meinhardi abdicaverunt iuri ſuo, quod videbantur habere in predio Moulberch ſicut etiam pater ipſorum Meinhardus & fratres eorum Ortolfus & Chounradus ante fecerant, accipientes a nobis equum, & tres ſolidos.

NUM. CCX. circa An. 1195.

Noverint omnes Chriſti fideles, tam preſentes, quam futuri, quod, cum *Chunradus de Anteſinperg* contenderet ſe eſſe advocatum in predio Eccleſie, quod dicitur Marzelineſpach contradictum fuit ſibi a prepoſito & fratribus Richerſpergenſis Eccleſie. Quare ille permotus abſtulit colono illius Eccleſie equum: ad eius redditionem cum cogeretur precepto Domini Patavienſis Epiſcopi, & etiam per penam excommunicationis, tandem lis illa tali modo fuit deciſa, quod predictus Chunradus pro retentione equi omne ius, quod uſurpabat ſibi in predio illo una cum filio ſuo abdicavit.

NUM. CCXI. circa An. 1200.

Hermannus Dei gratia Richerſpergenſis Eccleſie prepoſitus cunctis has literas perſpecturis ſalutem in perpetuum: notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod Hermannus cognominato Rughalm nos Richerſpergenſes impetebat, ſe a nobis damnum ſuſtinere, quod aque meatus molendini noſtri in Wourvanch in Chadeligne occuparet partem predii ſui ibidem poſiti. Que lis in arbitros commiſſa tali modo eſt deciſa, ut nos Richerſpergenſes de curia noſtra in Chadelign iam dicto Hermanno daremus agri culti XII. cubitos, quod vulgo *Holzellen* vocatur, que menſura a viris prudentibus trutinata conputata eſt ad ſex agros & quatuor partes quod vulgariter dicitur *Trumer*. Et ita diffinitum

eſt,

eſt, ut ipſe Hermannus pro damno ſuo talem recompenſationem haberet, in uno tantummodo campo ſibi demonſtrato: nobis vero Richerſpergenſibus aque meatus pro quo lis agebatur, cum omni iure molendini in quieta, & vera poſſeſſione permaneret. Si autem inundatione aquarum ut ſepe fieri ſolet, idem meatus interrumpatur, molendinarius de conſilio vicinorum tali cautione reparare ſtudeat, ne aliqua inde averſio oriatur. Ut hec compoſitio in futurum ſtabilis permaneat, ſigillum noſtrum appendimus, atque teſtes, qui interfuerunt ſubſcribimus. *Heinricus miles de Caſtro Scoumberch. Hertwicus de Heccingen. Otto de Sconnpuhl.*

NUM. CCXII. circa An. 1200.

Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore poni ſolent in lingua teſtium & ſcripture memoria perennari. Sciant ergo preſentes, ac poſteri quod *Hartwicus de Angeſieze* pro receptione ſororis ſue in converſationem fratrum, & ſororum Deo in Richerſperge militantium, quoddam predium ſitum in Pithlingen *pro* decem talentis obligavit eidem congregationi. Quod quidem predium dum poſtmodum redimere non poſſet, acceptis a iam dicta congregatione quinque talentis idem predium cum omni iuris ditione delegavit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperge. H. r. t. f. *Dominus Eberamus miles de Obernperge, & ipſe traditor Hartwicus de Angeſieze, & Ulricus Salmanus.*

NUM. CCXIII. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nobilis puer *Weinhardus* nomine filius *Domini Ulrici de Orte*, in ſepultura eiusdem Patris ſui pro remedio anime ſue delegavit, & contradidit ſuper altare S. Michaelis in Richerſperge hortantibus Matre ipſius pueri & militibus ſuis propriis, qui eidem ſepulture interfuerunt; predium quoddam, quod

ſitum

fitum eſt in loco, qui dicitur *ze dem Heiligen Poume*; abdicato omni iure tam Advocatie quam cuiuscunqae exactionis vel petitionis tam in illo predio quam in aliis prediis noſtris, in quibus advocatiam pater ſuus iniuſte ſibi vendicaverat. Hoc quoque laudamentum interpoſuit, quod ſi quisquam affereret ſe iuris ditionem habere in eodem predio, & inpetendo nos de manibus noſtris extraxerit ipſum ſine omni contradictione reconpenſaret. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Wernhardus cum Salmano ſuo Domino Ludewico de Hagenowe. Luitoldus de Sauerſteten, Eberannus de Obernperge, tres fratres de Geimperge videlicet Meingotus Rudolfus, Chunradus, Liupoldus de Heldenheim. Gehehardus de Swente.*

NUM. CCXIV. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod *Heinricus de Morſpach* miniſterialis Eccleſie Patavienſis tradidit ad altare S. Michaelis in Richerſperge portionem ſilve in Wilhalminge: idem dimidietatem que ipſum contingebat.

NUM. CCXV. circa An. 1200.

Notum eſſe volumus Chriſti fidelibus, quod quedam *Chunegundis de Granperch*, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum proprium hominem ſuum Wernhardum nomine Richerſpergenſi Eccleſie ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Dietherius de Viehtenſtein, & filius eius Pabo, Wernhardus de Wilhard.*

NUM. CCXVI. circa An. 1200.

Notum eſſe volumus tam preſentibus, quam futuris, quod *Poppo de Rechpokking* pro remedio Patris ſui, aliorumque parentum ſuorum predium ſuum in Melſcenbach cum molendino ad idem

pertinente, predium cum ſilvis & paſcuis, & omnibus aliis pertinentiis dedit beato Michaeli in Richerſperge & fratribus ibidem Deo ſervientibus, nullo ſibi iure in eodem predio retento. H. r. t. ſ. per aurem attracti, *Dominus Ulricus Prepoſitus eiusdem Eccleſie, avunculus ſupra dicti Popponis, quo mediante iſtud teſtamentum factum eſt, Dominus Otto de Chlaspach & duo filii ſui, Duringus & Hainricus. Hermannus de Forha. Gebhardus de Schalkdorf.*

NUM. CCXVII. circa An. 1200.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod quedam mulier nomine Hiltgardis cum eſſet libera tradidit ſe & filium ſuum Wernhardum fabrum & filiam Giſilam cum omni poſteritate ſuper aram S. Michaelis in Richerſperge ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Pernhardus de Wilpach.*

NUM. CCXVIII. An. 1200.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod dominus *Hainricus de Morſpach*, dum adhuc viveret, contulit Eccleſie in Richerſperge pro remedio aime ſue & parentum ſuorum predium una cum ſilva in Willehalmingen cum omni iure proprietatis. Huius r. t. ſ. *Hainricus Ode. Chunradus & Otto de Serlinſpach. Albrech, Chalhoch. Hainrich de Niderdorf. Ditrich de Guntherſperg. Hainricus de Aichperg. Hainricus Ernſto. Abas de Wilheringen Ulricus & converſus ſuus Rudergerus.*

NUM. CCIX. An. 1200.

Sciant omnes tam preſentes quam futuri, quod quidam fidelis homo nomine *Hainricus de Ginberch* contulit Eccleſie Richerſper-

ſpergenſi per manum legitimi Salmani nomine *Regengeri de Ottenange* curiam in Aiche nullo ſibi iure in dicta curia retento. Predictus vero Hainricus dictam curiam cuidam homini Eccleſie noſtre nomine Hainrico Revelario pro XII. talentis obligaverat, qui acceptis a nobis VII. talentis dicte curie renunciavit. Promiſimus & ſupra dicto Hainrico ad dies ſuos prebendam domini, quandocunque deductionis cauſa ad nos declinare ipſum contingeret; inſuper pellicium in ſecundo anno, & annuatim XII. ulnas lineri panni, & duos calceos cum caligis, h. r. t. ſ. *Regengerus predicte curie Salmannus. Dietmarus de Hugenperg. Hugo de Sauerſteten. Hainricus & Luitoldus de Aiglingen. Hiltprandus & filius ſuus Pilgrimus Hainricus & Mangold fratres de Aheim. Chunradus de Drechſilheim. Hainricus Toblar. Luipoldus Chunradus Gerbordus Pernhardus de Wilbach*, & alii quam plures.

NUM. CCXX. circa An. 1200.

Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo videlicet de Huzinge pro remedio anime ſue & parentum ſuorum propriam famulam ſuam Chunigundam nomine tradidit ſuper aram beati Michaelis in Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. H. r. t. ſ. *Gebhardus de Swent. Engelſcalcus Iudex, Heinricus Planc, Pernhardus de Weilpach. Chunradus de Vihuſen.*

NUM. CCXXI. An. 1200.

Notum eſſe volumus univerſis, quod *Hainricus de Aigling* cognomento clericus, pro receptione ſororis ſue Chunegundis de Touſebergch contulit Eccleſie dimidiam Houbam ſitam in Pimphing, h. r. t. ſ. *Leutoldus de Aigling. Chounradus de Fixing. Rudmus de Aigling. Otto de Wartenbourgch. Hainricus Plancho. Hainricus,*

Freihaimer, Dietricus de Tobil. Hainricus Tobler, Chunradus Ouchlinger, Herbordus.

NUM. CCXXII. circa An. 1200.

Omnibus in Chriſto fidelibus, notum eſſe cupimus, quod dominus *Wernhardus de Mourring* dum adhuc viveret pro damnis nobis ſepius & ſepe illatis, contulit Eccleſie Richerſpergenſi Houbam in Chunſtenobil ſitam, nullo iure ſibi in dicta Huba retento. H. r. t. ſ. *Minhardus de Murring frater eiusdem Wernhardi, Ortolfus & Hainricus fratres de Waldekke. Chunradus de Walde. Hainricus de Gainbergch. Otto de Wartenburgch. Hainricus & Roudlinus fratres de Pfigling. Otto de Drechſelhaim.*

NUM. CCXXIII. circa An. 1200.

Pateat tam preſentibus quam futuris, quod *Meinhardus de Murring* pro ſepultura fratris ſui domini *Wernhardi* contulit Eccleſie Richerſpergenſi predium in Steinpach ſitum iuxta Merenbach, ad omnimodam proprietatem, in advocatia nullum ſibi ius vendicans. H. r. t. ſ. *Hainricus & Leutoldus de Aigling. Hugo de Sauerſteten. Hainricus de Pyrchenwanch. Otto & Griffo fratres de Albrechtshaim.*

NUM. CCXXIV. circa An. 1200.

Univerſis notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod dominus *Ortolfus de Praitweſen* pro remedio anime ſue & pro ſepultura contulit Eccleſie Richerſpergenſi dimidiam Hubam in Poubenperg, ſitam apud Oberswanch. H. r. t. ſ. *Ortolfus de Houzinge. Hainricus de Aigling. Leutoldus de Aigling. Gebhardus de Swent. Wernhardus de Weigrating. Hainricus & Ortolfus fratres de Waldekke.*

NUM.

NUM. CCXXV. An. 1200.

Sciant omnes Chriſti fideles tam preſentis temporis quam futuri, quod quidam fidelis homo & nobilis dominus *Albero de Polnhaim*, dum adhuc viveret, contulit Eccleſie Richerſpergenſi per manum *legitimi Salmani* nomine Ottonis predium in Storche ſitum apud Warzenkirchen, ad omnimodam proprietem pro remedio anime ſue & patrum ſuorum vi advocatie renunciando omnino. Teſtes *Gundakarus de Staynbach. Dominus Ulricus de Dackspergh.*

NUM. CCXXVI. circa An. 1200.

Memorie cunctorum Chriſti fidelium notum eſſe volumus, quod cum *Wernhardus de Reiſſenpach* haberet predium in Vihouſen contiguum predio noſtro tantum in uno campo pro damno nobis illato, & pro ſepultura delegavit idem predium unacum decima per manum legitimi Salmani *Woulrici* dicti *Uxental* ſuper aram beati Michaelis in Richerſperge: dedimus etiam predicto Wernhardo & filio ſuo Chriſtiano *ſcafium* frumenti Patavienſis menſure & XV. metretas avene: inſuper predictum predium ſolvimus pro ſeptem ſolidis apud quemdam *Chunradum de Drechſelhaim* cui antedictus Wernhardus obligaverat. H. r. t. ſ. *Woulricus prepoſitus.*

NUM. CCXXVII. circa An. 1200.

Notum eſſe volumus, tam preſentibus, quam futuris, quod Dominus *Ortholfus & frater ſuus Hainrichus de Waldeg*, cum haberent dimidiam hubam, & quartam partem hoube & tria iugera & decimam ad idem predium pertinentem in Frihaim empta a Domino *Hainrico Liſt*, & a fratre ſuo *Wernhardo de Anhangen* pro XX.

Talentis, adhuc viventes pro damnis nobis ſuper numerum illatis, contulerum Eccleſie Richerſpergenſi libere & abſolute: huius rei Teſtes ſunt: *Otto filius eiusdem Ortholfi, Alkerus frater predictorum, Ortholfi, & Hainrici, Hainricus de Ahaim & frater ſuus Mangoldus, Leupoldus de Aigling, Gebehardus de Swende, Iltprandus de Senhaim.* Cum vero poſſeſſionem predicti predii intrare vellemus, venerunt quidam ſervientes *Hugonis de Sawerſteten*, Chunradus de Munolfingen, & filius ſuus Counradus minis ſuis Colonos noſtros in dicto predio terrendo, aſſerentes idem predium ſucceſſive ad ipſos derivatum, & in preiudicium ipſorum fuiſſe venditum. Verum cum talis controverſia inter nos, & ipſos verteretur, vexacionem noſtram mediante *Hugone de Sawerſteten & Gebehardo de Swent* redemimus tali modo: dedimus enim ſepe dicto Counrado quatuor Schaffia ſiliginis noſtre menſure, & Tunicam cum pallio, filio vero ſuo Counrado dedimus *Stivales* & LX. Denarios, & ipſi coram Teſtibus ſubſcriptis, quidquid iuris habebant in predicto predio delegaverunt ſuper aram beati Michahelis. H. r. t. ſ. *Hugo de Sawerſteten, Wernhardus de Pranſcharhern Leupoldus de Ekkolwinge, Gebehardus de Swent, Winhardus refectenerius.*

NUM. CCXXVIII. circa An. 1200.

Notum habeant omnes Chriſti fideles, quod Dominus *Oulricus de Hourenpach*, cum eſſet in extremis, contulit Eccleſie Richerſpergenſi libere, & abſolute dimidiam iubam dictam ad Flaiſchackar, ſitam apud Elhernpach & emptam ab *Ottone & Hainrico* fratribus cognomento *Schach*: nos vero verſa vice dedimus ei comunionem Eccleſie & ad petitionem ipſius ſepellivimus eum in cimiterio noſtro Ort. H. r. t. ſ. *Ulricus de Elhernpach Hainricus de Elhernpach & filii ſui Hainricus, Ulricus.*

NUM.

NUM. CCXXIX. circa An. 1200.

Memorie posterorum presenti scripto notificamus, quod quidam nomine *Otakarus de Reisepach* & soror sua *Willebise* contulerunt Ecclesie Richerspergensi dimidiam hubam in Ratling, sitam, apud Leraischuthaim, ad omnimodam proprietatem pro sepultura fratris ipsorum cognomento Christin. huius rei Testes sunt: *Ortolfus de Runting Ortolfus de Waldek, Bernhardus de Wilpach.*

NUM. CCXXX. circa An. 1200.

Sciant omnes Christi fideles quod cum dominus *Otto de Anhange* contenderet cum Ecclesia Richerspergense pro quodam famulo nomine Roudgero, tunc existens officialis noster in villicali, asserens eundem habere in benefico a domino *Ortolfo de Waldek*, quod minime probare potuit, data puerulo suo prebenda ad duos annos liti ac vexacioni absque omni simulate artis fictione renunciavit omnino: huius rei Testes sunt: *Hiliprandus de Asenhaim Hainricus de Tumbolisheim.*

NUM. CCXXXI. circa An. 1200.

Notum esse volumus omnibus Christi fidelibus quod dominus *Hainricus de Mortspach* in sepultura uxoris sue Domine *Helene de Sawersteten* contulit Ecclesie Richerspergensi dimidiam hubam in Pramschachern libere & absolute ad omnimodam proprietatem, nullum ius in advocatia sibi vendicando. H. r. t. s. *Hugo de Sawersteten frater predicte Helene, qui etiam iuri suo ibidem renunciavit in predio predicto: Ortolfus de Waldek, Hainricus Luitoldus de Aiglin Hainricus, Mangoldus de Aheim, Griffo & Otto de Albrechtsheim, Wernhardus de Bamesaithern Chounradus de Unolfinge, & alii quam plures.*

NUM.

NUM. CCXXXII. circa An. 1200.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod Dominus *Hainricus de Poumgarten*, cum eſſet in extremis, annuente filio ſuo *Dietrico* tradidit ſuper altare beati Michaelis in Richerſperge quandam Eliſabetam filiam Hailke de Poumgarten, ad cenſum quinque Denariorum: huius rei Teſtes ſunt: *Ulricus* Canonicus Richerſpergenſis, frater ſupradicti *Hainrici*, qui eandem Delegationem in manus ſuas a fratre recepit, Dominus Babo, Herwicus.

EXPLICIT LIBER DELEGATIONUM ECCLESIE S. MICHAELIS IN REICHERSBERGE FELICITER AMEN.

FINIS PARTIS PRIMÆ MONUMENTORUM REICHERSBERGENSIUM

MONUMENTA
CANONIÆ
AD
S. ZENONEM.

MONUMENTA
CANONIÆ AD S. ZENONEM.

PRÆFATIO.

Canonia ad S. Zenonem, ſive Reichenhallenſis, ſita eſt propter Reichenhallam, in ipſo limite Bajoariæ noſtræ, qua Salisburgum & Bertholdesgadenam ſpectat; Tetrarchiæ Monacenſi adſcripta.

Baſilicæ Sanzenonenſis origines facile ad ævum Carolidarum retuleris, quo vigere cœpit apud Germanos noſtros cultus D. Zenonis, Veronenſium Epiſcopi. Id ſaltim conſtat, ipſam inde ab initio antiquiſſimis temporibus Eccleſiæ Parochialis loco fuiſſe, ſicuti etiamnum eſt, plebi Hallenſi; Clericisque quam plurimis inſtructam. His vero in ſodalitium ſacrum ſub Præpoſito cogendis, primus ani-

mum An. 1095. appulit B. Thiemo Archiepiſcopus Salisburgenſis: Pium opus circa An. 1120. perfecit Conradus, Thiemonis Succeſſor, diſciplinæ regularis ſtudioſiſſimus, ejusdemque apud Bajoarios noſtros inſtaurator feliciſſimus.

Si hanc fundationis hiſtoriam excipias, parum habemus quod de fatis Canoniæ Sanzenonenſis referamus, ingenti monumentorum numero, quibus illa illuſtrari potuiſſent, incendio horribili An. 1512. deleto. Superſtes quidem ex tanta ſtrage fuit, & ad An. usque 1654. ſervatus codex manuſcriptus annalium Salisburgenſium Seculo XIII. ſuppar, resque Sanzenonenſes de induſtria perſtringens. Hunc autem etiamſi ſumma cum cura nullumque lapidem non movendo inveſtigatum, nec in Bibliotheca, nec in tabulario hujate reperire potuimus. Dolenda ſane imprimis & graviſſima jactura! Ex illo vero aliisque recentioribus, quæ hodieque ſuperſunt monumentis faſtos Sanzenonenſes ſat locupletes, ante hos centum annos conflavit Auguſtinus Landſpergius; ſuoque Præpoſito Bernhardo obtulit. Excerpſimus inde nomina RR. Præpoſitorum, qui Bernardum anteceſſerunt: ſucceſſores ipſius ſuppeditavit necrologium.

Chartas, quæ diplomatarium noſtrum conficiunt, quod attinet; deſcripſimus eas omnes & ſingulas ex Autographis ipſis, quorum nobis copiam humaniſſime fecit R. Præpoſitus LIBERATUS, fautor muſarum noſtrarum eximius, gratæque mente poſt alium nullum celebrandus.

Series

SERIES RR. DD. PRÆPOSITORUM CANONIÆ AD S. ZENONEM.

Lanzo † 1146.
Heinricus † 1154.
Adalbero † 1158.
Dietmarus † 1169.
Alhardus I. † 1174.
Adelhardus II. † 1190.
Weichmannus † 1197.
Conradus † c. 1202.
Erhardus † 1212.
Pabo a. 1212.
Heinricus II. c. 1215.
Rudolfus c. 1220.
Conradus II. a. 1225.
Luitoldus.
Rugerius.
Hugo † 1247.
Theodoricus † 1277.
Piligrimus † 1299.
Conradus III. † 1309.
Fridericus † 1325.
Heinricus III. † 1334.
Otto I. † 1344.
Udalricus † 1350.

Christianus † 1399.
Otto II. † 1412.
Conradus IV. † c. 1430.
Paulus † 1432.
Johannes I. † 1465.
Johannes II. † 1470.
Johannes III. ref. 1482.
Ludovicus Ebner ref. 1498.
Iohannes IV. † 1505.
Oswaldus † 1515.
Wolfgang † 1526.
Paulus II. † 1553.
Erasmus † 1559.
Andreas † 1562.
Wolfgangus II. † 1592.
Melchior ref. 1599.
Leonardus ref. 1613.
Georgius I. † 1615.
Georgius II. † 1628.
Bernhardus I. † 1658.
Bernhardus II. † 1696.
Josephus † 1698.
Johannes IV. † 1705.
Sigismundus ref. 1720.
Floridus † 1757.
LIBERATUS.

Monu-



MONUMENTA
CANONIÆ AD S. ZENONEM.

Diplomatarium Miſcellum.

NUM. I. Notitia Fundationis Canoniæ Sanzenonenſis. circa Annum 1140.

In nomine Sancte, & Individue Trinitatis Ego Chounradus Sancte Salzburgenſ. Eccleſie Archiepiſcopus. Epiſcopalis Kathedre dignitas comprobatur, ubi largitas & munificentia predicatur; ad hos nimirum converſa frugalitas, quibus cum Apoſtolis cor unum, & animam unam habere docet abdicata ſeculi vanitas. In vicino ſedis noſtre fundata eſt Parochia, que Halle vocatur, ubi in introitu noſtro parum fuit fidei diſcipline. Sed nunc per bonum ſacerdotem nimirum Lanzonem fundata & rigata, ſtudioſa unanimi cooperatione omnium, auctoritate noſtra in prepoſituram eſt commutata. Huic congregationi, novelle utique plantationi, ſubſidia & ſtipendia preſentis vite aliquantisper eis conferre dignum duximus, ut per orationes inibi Deo Servientium eterna premia capiamus. Cognitioni itaque univerſorum pateat quod beneficium quod habuit a nobis Chraft apud Svante cum Mancipiis, quorum hec ſunt vocabula. Hecla cum filiis. Tuta filia ſororis huius cum filiis ſuis. Pertha de Hephelingen cum filiis ſuis, cum aliis eiusdem beneficii mancipiis, cum cultis & incultis, & omnibus appendiciis pro remedio anime noſtre proque devotione Hallenſis Populi ſancto Zenoni in alimoniam fratrum noſtrorum canonice inibi ſervientium illuc contulimus, & in perpetuum ſic perſeverare

auctoritate Patris, & filii, & Spiritus ſancti, beati quoque Patris noſtri Rudberti atque noſtro ſtabilimus, & ſubſcriptione iſtorum Teſtium confirmamus. Dominus *Romanus venerabilis Gurcenſis Epiſcopus. Odalricus. Rudbertus. Luittoldus Capellani. Udalricus frater Ducis Karinthie. Hertwicus de Kaphes. & frater eius During. Eberhardus & filii eius. Sigmarus de Libniz. Wiſinto, & cognatus eius Wolfrat de Pinzgowe. Hugo & filius fratris eius Otto. Ernſt, & plures alii.*

NUM. II. Confirmatio fundationis & variæ donationes Conr. Aepſi Salisb. circa An. 1140.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Chunradus Dei gracia S. Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Iocundus homo qui miſeretur & comodat quia pauperibus Chriſti miſerendo diſponet ſermones ſuos in iudicio, ut ei dicat Chriſtus in ultimo iudicio: quod uni ex minimis meis feciſti, mihi feciſti. Quia vero in illo terribili exanime ſic diſponentur ſermones iudicis, ut non ſolum penſet, quid commodi fiat, ſed quamdiu fiat ſuis minimis, dicente ipſo iudice: Quamdiu feciſtis uni de his minimis fratribus meis, mihi feciſtis: oportet, ut is, qui miſeretur & commodat non ſolum quantitatem, ſed etiam diuturnitatem commodi, quod facit, provideat. Quod ego Chunradus Salzburgenſis miniſter diligenter conſiderans, in Hallenſi beati Zenonis plebana Eccleſia ſancte communis & apoſtolice vite Deo favente poſui fundamenta, eidemque vite ordinavi commoda, conferens ad prefatam Eccleſiam Chriſti minimis inibi Deo ſervituris Predium eidem Eccleſie proximum ante portam cimiterii ſitum: curtile videlicet cum aliquot agris, quos auctoritate divina noſtro uſui propter pauperes Chriſti ſubtraximus, monente S. Evangelio: quod ſuperest detur pauperibus. Quod ergo de ſuperfluis noſtris uſui pauperum

rum contulimus, perpetua ſtabilitate in uſu eorum Eccleſie permanere volumus. Ea videlicet cautione, ut in Eccleſia illa futuris ſemper temporibus communis vita ſecundum Regulam beati Auguſtini conſervetur, nec ſit licentia cuiquam hominum permutare hoc preſentis pagine inſtitutum auctoritate divina ſubnixum; nimirum divine auctoritati congruere non dubitatur: ut ſub quali norma Clerus auctore Chriſto in primitiva Eccleſia inſtitutus eſt, ſub tali & adhuc inſtituatur, taliterque inſtituto Clero Eccleſia regenda comittatur. Ad eiusdem igitur Eccleſie titulum ſemper ſpectare volumus Hallenſem Populum Deo auctore a Prepoſito Lanzone, eiusque in poſterum legitimis ſucceſſoribus gubernandum. Defuncto vero quolibet eiusdem loci Prepoſito, nullus in eius locum qualibet ſurreptione aut violentia ſubrogetur: niſi quem aut Fratrum concors unanimitas aut ſanior pars regulariter elegerit. Sane quidquid uunc iuſte conquiſitum eadem poſſidet Eccleſia vel deinceps poſſeſſura in communis vite uſum confirmamus, & ne in alium uſum transferantur preſenti ſtatuto ita prohibemus, ut ſtatuti huius voluntarios transgreſſores & predictarum poſſeſſionum alienatores ac diſtractores in eterna incendii gehennalis pena ſemper arſuros niſi reſipuerint pronunciemus, quibus etiam niſi tertio commoniti reſipiſcant communionem ſacratiſſimi corporis Chriſti interdicimus: ſtatutum vero noſtrum conſervantibus & preſatum locum amantibus & ampliantibus ſit Pax & Miſericordia & Benedictio in Chriſto IEſu Domino noſtro Amen. Ut autem hec noſtre inſtitututionis pagina maneat ſemper inconvulſa Sigillo noſtro eam inſigniri fecimus. Actum Salzburgi Anno Dominice Incarnationis MCXXXVI. Indictione XIII. Nonis Aprilis cum conſenſu Clericorum Cathedralium coram Teſtibus ſubnotatis. *Comes Luitpoldus de Bleien. Wolfram de Poumkirchen. Chunrat de Wegin. Heinrich de Waltprehtingen. Adalbero de Diettramingen. Rudolf de Hohenegerdach. Otckoz de Grabenſtat. Reinhart de Mulberch.*

NUM. III. Bulla confirmationis Lucii II. P. M. Anno 1144.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Lanzoni Hallenſi prepoſito eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam Hallenſem, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut in eadem Eccleſia, prout venerabilis frater noſter Chunradus Salzburg. Archiepiſcopus ordinavit, & ſcripto ſuo firmavit, ordo canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Pretera quascunque poſſeſiones, quecunque bona eadem *Eccleſia* in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in *futurum* conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Cappellam S. Marie Muna. Cappellam S. Georgii Cappellam S. Martini Nane. Cappellam S. Valentini Morzols. Cappellam in caſtro Plajen. Cappellam in caſtro Halla. aquam in fonte Halla, quam dedit Ebo. aquam quam dedit Sigboto Unchen & Oteheim & Unchine. Predium, quod dedit Heinricus, & Papo Nuzboum. Quartam partem decimalis Salis. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino clericus ſive laicus a vobis decimas exigere preſumat. Interdicimus etiam, ut nemini profeſſionis veſtre facultas

ſit

fit alicuius levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu sine prepositi vel congregationis licentia, de claustro discedere, quod, si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor domino prestante viguerit. Si vero secundo vel tertio vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci preposito canonicam in eum proferre sententiam. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito, vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte, sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia substituatur, vel preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam canonice provideri [illegible]ligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepelliri deliberaverint, extreme voluntati, & devotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salva tamen iustitia Matricis Ecclesie sue. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona, vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva nimirum Salzburgensis Archiepiscopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax

Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem premia eterne retributionis inveniant. Datum laterani. per manum Baronis cappellanc. & ſcriptoris Non. Aprilis. Indictione VII. incarnationis Dominice anno MCXLIV. pontificatus vero Domini Lucii II. Pape anno primo.

NUM. IV. Bulla confirmationis Eugenii III. P. M. Anno 1145.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Lanzoni Hallenſi prepoſito eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoties illud a nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire monſtratur, animo nos decet libenter concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis petitionibus clementer annuimus, & predeceſſoris noſtri felicis recordationis PP. Lucii veſtigiis inherentes, *preſatam* Hallenſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis *obſequio*, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes, ut in eadem Eccleſia prout venerabilis frater noſter Conradus Salzburgenſis Archiepiſcopus ordinavit, & ſcripto ſuo firmavit, ordo canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones. &c. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimalem Salem, Predium, quod nominatur Swant; cum omnibus appendiciis ad hoc pertinentibus, quod predictus Archiepiſcopus prefate Eccleſie tribuit. Aquam in fonte Halla, quam dedit Ebo. aquam, quam dedit Iacco, predium, quod dedit Sigiboto Oucheim, predium, quod dedit Henricus Nutzboum. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino clericus, vel laicus a vobis decimas exigere pre-

presumat. Interdicimus etiam, ut nemini professionis vestre facultas sit, alicuius levitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu, sine prepositi, vel congregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione illum suscipiat, quam diu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino presente viguerit. Si vero secundo tertiove vocatus redire contempserit, liceat preposito canonicam in eum proferre sententiam. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte, sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia substituatur vel preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut, qui se illic sepelliri deliberaveint, eorum devotioni, & extreme voluntati nullus obsistat, nisi forte fuerint excommunicati, salva tamen iustitia Matricis Ecclesie sue. Porro cappellas, que infra terminos prefate parrochialis Ecclesie fundate sunt, vel in posterum Deo favente fundabuntur, regimini & iuri vestro confirmamus. Et ne aliquis clericus sine concessione vestra eas teneat vel contra interdictum vestrum in eis ministret, Apostolica auctoritate prohibemus, sicut iam dicti predecessoris nostri B. memorie Page Lucii privilegio prohibitum esse dignoscitur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Datum Trans Tiberim per manum Roberti sancte Romane Ecclesie Presbyteri Card. & Cancellar. V. Calendas Februarii indictione IX. Incarnationis Dominice. anno millesimo CXLV. pontificatus vero Domini Eugenii Pape III. anno primo.

NUM. V. Alia confirmatio Eugenii III. P. M. An. 1146.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Henrico Prepoſito Eccleſie S. Zenonis Hallenſis, eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu religionis nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit Apoſtolice auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter dilecti in Domino filii venerabilis Fratris noſtri Conradi Salzburgenſis Epiſcopi precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam S. Zenonis Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundum B. Auguſtini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Quascunque preterea poſſeſſiones, quecunque bona, tam ex dono prefati Archiepiſcopi fundatoris loci veſtri, quam aliorum Dei fidelium in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem ſitam ante portam eiusdem Eccleſie cum appendiciis ſuis, & predium, quod dicitur Suante, ex dono ipſius Archiepiſcopi. Quidquid iuris habetis in decima ſalis, qui coquitur de fonte Halle. Ex dono Ebonis, Iacconis, & Babonis, aquas quas in eodem fonte ad Sal coquendam habetis. Predium ſitum in loco, qui dicitur Occheim, cum appendiciis ſuis. Ex dono Sigbotonis predium, quod dicitur Unchen. Ex dono Heinrici filii Etechonis, & fratris eius predium quod dicitur Nuzpoüm cum omnibus pertinentiis. Statuimus etiam,

ut

1212.	1247.	1277.	1299.
19.	23.	26.	27.
Friderici	Christianus	Otho.	Cunradus.
1209.	1200.	1401.	1412.
29	34.	35.	36.

ut in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam Canonicam profeſſi degunt &c. Sane ipſa plebs Hallenſis ſicut a iam dicto Archiepiſcopo canonice ſtatutum eſt, a nullo ſucceſſorum ſuorum vobis auferarur, ſed in diſpoſitione Prepoſiti veſtri permaneant. Adhec adiicientes ſtatuimus, ut Capelle, que infra terminos Parochialis Eccleſie Hallenſis fundate ſunt, ſicut ab ipſo Archiepiſcopo rationabiliter proviſum eſt, eidem Matrici Eccleſie ſubiaceant. In futuro autem absque aſſenſu Prepoſiti veſtri novas in ipſa Parochia Capellas edificari prohibemus, ſalva nimirum ſedis Apoſt. & proprii Epiſcopi auctoritate. Sepulturam quoque &c. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito &c. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. Siqua igitur in futurum &c. Datum Viterbi per manum Baronis S. Romane Eccleſie Subdiaconi X. Calend. Octob. Indict. decima Incarnat. Dom. An. MCXLVI. Pontificatus vero Domini Eugenii P. P. III. anno ſecundo.

NUM. VI. Fragmentum teſtamenti circa An. 1150. conditi.

. . . . . vocatur. Ad ſanctum quoque Petrum unum patellæ locum Steinaerem. Nec non Eccleſie S. Zenonis tribuat duas undenas partes in Galgo qui einleſteilar nuncupant. Duas etiam octavas partes in aſſere qui vocatur Huntesprunenſchrot. Ipſe vero ſibi retineat unam partem in loco qui Anderpalven dicitur. Horum teſtes ſunt *Chunradus cum Barba &c.* Pecuniam quoque meam Domino Heinrico prepoſito S. Zenonis itemque Chunrado cum Barba ſubſcripto modo ſervandam atque diſtribuendam in fide commiſi. Ut videlicet ſi ego in ſuſcepto itinere de hac luce migraverim, Ipſi ſtatim morte mea veraciter cognita quinquaginta octo talenta per diverſas Eccleſias ſicut ego ſingulis diſpoſui pro remedio anime mee diſtribuant. . . . Que ſi nullum genuerit XXX. marcas altari

S.

S. Zenonis offerant. Alias quoque XXX. Chunradus sibi suisque filiis accipiat. Residuam partem in nunciato amicorum consilio pro anima mea fideliter dispensset. De septo pratis in loco Cruzbuhel dicto fratribus S. Zenonis quod habueram sic dispossui. Ut quidquid per literas vel fidelem nuncium super hoc remandavero, firmum & stabile permaneat.

NUM. VII. Restauratio ædis ad S. Zenonem circa 1150.

Scriptis & testimoniis patentibus innotescimus tam futuris quam presentibus, qualiter Hallenses priorem Ecclesiam veterem dilapsam & pre nimia antiquitate vix stantem & ruinam cotidie minitantem, gratia & licentia felicis memorie Domini nostri Chunradi Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopi destruxerunt, & nova machina & eminentiore sicut modo cernitur ex rebus suis denuo construxerunt. Sed ut fabrica eiusdem Ecclesie plenius & decentius construeretur, & ut deinceps in reparatione tectorum & in structura lapidum & lignorum sufficienter iuvaretur; prefati Hallenses divina gratia compuncti & concordi unanimitate coniuncti, omnibus annis eo tempore, quo fit coctio salis ex singulis patellis singulas earum cartunculas per singulas ebdomadas dare & offerre constituerunt, & firma & insolubili sanctione tanquam specialem oblationem super altare S. Zenonis exinde usque in perpetuum delegaverunt. Preterea edificiisEcclesiasticis ex supra dicta oblatione sufficienter expletis, statutum est ab illis, ut reliqua pars in libros in picturas, & in cetera Ecclesie utensilia expendantur. Quodque inopie fratrum ibidem Deo militantium prout necessitas postulat inde subveniatur. Et hoc attestantur ministeriales Comitis Chunradi eiusdem Ecclesie advocati, Patto & frater eius Engilmar. Dietmarus parvus. Insimgrim. Item ministeriales Comitis Luitoldi de Pleigin &c.

Num.

NUM. VII. Confirmatio Adriani IV. P. M. An. 1156.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Heinrico Prepoſito Eccleſie S. Zenonis Hallenſis eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu religionis nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit Apoſtolice auctoritati religioſas Perſonas diligere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Ea propter dilecti in Domino filii venerabilis fratris noſtri Eberhardi Salzburgenſis Archiepiſcopi precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & ad exemplar predeceſſoris noſtri ſancte recordationis Eugenii Pape prefatam Eccleſiam S. Zenonis in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus &c. Preterea quascunque poſſeſſiones &c. Statuimus, in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam canonicam profeſſi fuerint &c. Sane ipſa plebs Hallenſis ſicut a iam dicto Chunrado Archiepiſcopo canonice ſtatutum eſt, a nullo ſucceſſorum vobis auferatur, ſed in diſpoſitione Prepoſiti veſtri permaneat. Adhec adicientes ſtatuimus, ut Capelle que infra terminos Parochiales Eccleſie Hallenſis fundate ſunt, ſicut ab ipſo Archiepiſcopo rationabiliter proviſum eſt, eidem matrici Eccleſie ſubiaceant. In futuro autem absque aſſenſu Prepoſiti veſtri novas in ipſa Parochia Capellas edificari prohibemus; ſalva nimirum ſedis Apoſtolice & proprii Epiſcopi auctoritate. Sepulturam quoque &c. Preterea exemptionem perſone tue & Eccleſie tibi commiſſe a ſubiectione Salzburgenſis Archidiaconi, per venerabilem fratrem noſtrum Eberhardum Salzburgenſem Archiepiſcopum canonice factam, tibi & per te Eccleſie tue auctoritate ſedis Apoſtolice confirmamus. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepoſito &c. Decernimus

ergo &c. Siqua igitur &c. Datum Laterani per manum Rolandi S. Romane Eccleſie Presbyt. Cardin. & Cancell. XIII. Calend. Martii Indict. V. Incarnat. Dom. an. MCLVI. Pontificatus vero Domini Adriani Pape IV. anno tertio.

NUM. VIII. Unio Eccleſie B. V. in Tuſinberch, Anno 1158.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Eberhardus Dei gracia Salzburgenſis Archiepiſcopus dilecto filio Dietmaro Hallenſi Prepoſito, eiusque ſucceſſoribus in perpetuum. Ad noticiam, ad memoriam, ad fidem, & firmamentum omne ſcribitur teſtamentum. Inde eſt, quod tibi dilecte in Chriſto fili Dietmare Hallenſis beati Zenonis Prepoſite libenter annuimus, & quoniam donacionis, quam Eccleſie tue fecimus, tibi petis memoriale conſcribi, bene & rationabiliter poſtulata dilectioni tue non negamus. Univerſorum igitur volumus patere noticie, qualiter tibi & Eccleſie tue Fratribus, qui inibi perpetuo ſub regulari beati Auguſtini profeſſione Deo ſervituri ſunt, decimas VIII. domorum in Turſinberch, que noſtri iuris erant, Pontificali noſtra largitione donavimus, & ad uſum fratrum preſentis ſcripti privilegio communimus; adicientes, ut nulla ſpiritualis ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam temere infringere, & prefatas decimas invadere, minuere, vel quolibet modo abalienare a tua, fratrumve tuorum utilitate preſumat. Hanc autem a nobis factam decimarum ſollemnem donationem predeceſſori tuo felicis memorie Heinrico Prepoſito cum feciſſemus, tua fraternitas neceſſarium putavit, ut facte donationi robur firmitatis annecteretur. Statuimus preterea, ut Eccleſia illa, quam nos prope atrium maioris Eccleſie conſtructam in honore beate Marie ſemper Virginis dedicavimus, capella & filia ſit matricis beati Zenonis Eccleſie, quam ut antiquitus fuit, ita nunc quoque eſſe decernimus, & auctoritatem

tem principalitatis ei, ne inpoſterum ulla relinquatur perturbationis materia, pro iure noſtro defendimus. Cumque bone memorie predeceſſor noſter Cuonradus Archiepiſcopus conſilio Prelatorum ſuorum, Domini videlicet Gurcenſis Epiſcopi venerabilis fratris noſtri, & Abbatum ac Prepoſitorum ſuorum Eccleſiam tuam in Prepoſituram de plebe translationem fecerit, & nihilominus Romanorum Pontificum, ſancte nimirum recordationis Innocentii, & Eugenii, domini quoque Adriani Pape in id ipſum concurrat auctoritas, nos eorum ſequentes veſtigia quod iuſſerunt ipſi precipimus, quod decreverunt ſtatuimus, quod firmitatis robore ſubſcripſerunt, nos perenne ſtabilitatis & inviolabile munus haud inmerito optinere debere cenſemus. Et ne aliquis adverſum tante maieſtatis rationabiliter data privilegia quidquam ſiniſtri inpoſterum moliri aut machinari velit, auctoritati Romane ſedis nos quoque pro debito noſtre humilitatis accedimus. Porro ſupradictam beate Marie perpetue Virginis Eccleſiam uno manſu novalium in Uſheim cum decima eiusdem manſus dotavimus, cuius nimirum traditionem manſus perpetuo ratam & inconvulſam auctoritatis noſtre preſenti teſtamento decernimus. Hec autem omnia ne oblivionis in futurum negligentia ſopiantur, ſed in omnes retro generationes inconvulſa & illibata permaneant, nos hanc inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Actum Anno Dominice Incarnationis M. C. L. VIII. Indictione VI. XVI. Kalend. Octobris in civitate Salzburgenſi, Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore primo, anno Regni eius VI. Imperii vero IV. Pontificatus autem noſtri Anno XII. feliciter. Teſtes: *Engelbertus Albus Marchio de Chreiburch, Marchio Diepoldus de Vohelburch, Heinricus de Salemannesſiten, Hartnidus Caſtellanus, Marcquardus frater eius de Uzelingen, & Marcawardus filius ſororis eius, Karolus de Mandelchirechen, Luitoldus de Aichaim, Uolricus de Chalheim, Adalo de Monte S. Benedicti, Uodalſchalchus & Adalramus de*

Torringen, Goteſchalchus de Sundermaringen, Gerhach de Gerhartesdorf, Gerhardus de Morinbuint &c.

NUM. IX. Laudum inter Bertholdsgadenenſes & Sanzenonenſes 1159.

In nomine ſancte & Individue Trinitatis Ego Eberhardus Dei gratia Iuvavenſis Archiepiſcopus omnibus Eccleſie filiis tam futuris quam preſentibus in perpetuum. Lis que inter fratres Berchtesgadenenſes, atque Hallenſes exorta eſt, qualiter ceperit, vel qualiter a nobis deciſa ſit ad notitiam poſterorum ſcripto transmittere neceſſarium duximus. Tempore quo expeditio Ieroſolymitana fervore quodam miro, & inaudito a ſeculis totum commovit fere occidentem, ceperunt ſinguli tanquam ultra non rediturі vendere poſſeſſiones ſuas, quas Eccleſie ſecundum facultates ſuas ſuis proſpicientes utilitatibus emerunt. Exemplo univerſorum fratres quoque Berhthergademenſes Eccleſie ſue utilitati conſulere volentes, neceſſariam pecuniam colligere ceperunt. Quam *cum* ſufficientem invenire non poſſent, iuſſu Prepoſiti ipſorum *Hallenſem* Prepoſitum convenerunt; eo quod inter eos ſpecialis, & magna eſſet familiaritas; ſcientes apud illum in ſimile opus aliquantulam conſervatam pecuniam; ceperuntque cum eis agere ut vineam que ipſis placeret, quorum abundantiam habebant, ab ipſis emerent, melius accercius dicentes eos ſecum quam cum ſecularibus forum facturos. Placuit res oblata, ex utraque parte iuſſu Prepoſitorum fratres deſcendunt in orientem, per quos hoc quod dictum eſt adimplerent. Quod & factum eſt. Coemptio enim adimpleta eſt, & fratres Berhtersgademenſes vineam, Hallenſes pecuniam dederunt. Deinde transactis XII. annis Prepoſito Hallenſi Heinrico ſancte memorie translato ad Dominum, & Hugone Berthersgadmenſi in ſedem Salzpurgenſem translato ſub quibus, ea que expoſuimus facta ſunt, movetur queſtio Hallenſibus: Dicentibus

bus Berhtersgadmenſibus; Hoc quod factum fuerat communi non fuiſſe factum conſilio, & hac ratione vineam quam vendiderant retrahere cupiebant. Ad querelam itaque Prepoſiti Berhtersgadmenſis, & hii & illi vocati ad iudicium per advocatos diu ſatis decertaverunt. Cumque iam per Sententiam controverſie debitus eſſet finis inponendus, prepoſitus Berthersgadmenſis accepto conſilio noſtro ac Prelatorum noſtrorum quorum ibi magna pars aderat, utpote in communi capitulo, Clericorum omnium arbitrio cauſam tradidit terminandam: aſſerens ſe cum ſingulis fratribus ſuis, qui aderant a communi fratrum omnium Berthersgadmenſium conventu, clericorum videlicet, laicorum *ſororumque ſic* veniſſe, ut ratum univerſi haberent, quidquid vel ſententia dictaret, vel noſtro ſederet arbitrio. Cauſa igitur ſic terminata eſt, ut fratres Hallenſes locum darent curtilem Berthersgadmenſibus in villa Hallenſi. Hac interpoſita conditione ut nequaquam in eodem curtili edificetur Eccleſia pro quo ſimiliter inter eos diſceptatio erat: & ſic lis tota de vinea in perpetuum quieſceret. Promiſitque Prepoſitus Berthersgadmenſis notitiam ſe ſcripto huius conventionis daturum ſub ſigillo beati Petri, petiitque tam ipſe, quam Wichmannus Cellerarius, frater Erchingerus, Frater Lingerus, Frater Bernhardus, Frater Heroldus, qui videbantur eſſe ſanior pars loci ſui, ut nos quoque privilegio noſtro factam inter duo clauſtra concordiam muniremus: quatenus nullus in perpetuum locus remaneret litem terminatam reſuſcitandi. Teſtes ſunt horum: *Hugo Prepoſitus maioris Eccleſie. Heinricus Abbas Salzburg. Gotefridus Abbas Admuntenſis. Heimo Sewonenſis. Heinricus Burenſis. Udalricus Elſenbacenſis. Gotſalchus Boumburgenſis Prepoſitus. Luitherus Prepoſitus Owenſis. Magiſter Adalbertus. de Houe. Rudwertus de Werde. Wilehalmus de Wiare. Fridericus de Celle, totumque Capitulum.* Dein rogatu Prepoſiti Berthersgadmenſis fratrumque ſuorum, qui ſecum advenerant, ac Prepoſiti Hallenſis Diethmari inter quos diſcor-

dia steterat, etiam Laicis quorum ibi infinita multitudo erat nobilium, Ministrorum, ac cuiuscunque conditionis qualiter res terminata fuisset ostendimus. Quorum pauca nomina subscribi iussimus. *Comes Luitoldus de Plaien iunior.* Dominus *Gotscalcus de Hunisperch, & filius eius Fridericus. Duringus Castellanus de Werven. Hartnidus Castellanus de Salzburch & frater eius Marchwardus. Meingotus de Surberch. Ekkardus de Tannen. Wisint de Pongowe. Meinhardus filius Domini Luitoldi de Sistorf. Babo de Surheim. Chuno & filius eius Otto de Engellantingen, & alii quam plures.* Anno Dominice Incarnationis MCLIX. Indictione VII. Actum Halle feliciter Amen.

NUM. X. Licentia construendi ecclesiam D. Ægidii, Anno 1159.

In nomine Sancte, & Individue Trinitatis Ego Eberhardus Archiepiscopus Salzburg. dilecto in Christo Filio Dietmaro Hallensi Preposito eiusque Successoribus in perpetuum. Ea que rationabiliter a nobis Privilegii firmitate roboranda postulantur, animo nos decet libenti concedere & voluntarium, presertim Ecclesie nostre filiis superinde impertiri consensum. Quidam de civibus Hallensibus Heinricus nomine cognomento Loubeze areas duas in ipsa civitate ab hominibus Ecclesie nostre Udalrico videlicet & filio Pabonis, qui dictus erat Durst & a quodam Wisintone fratre Engilbotonis & ab Agnete Filia Sororis eiusdem Wisintonis legitimo aliarum arearum & aliis quam plurimis bonis super inpensis concambio comutavit, in quibus præfatis areis iam dictus Heinricus Ecclesiam, nostra permissione & licentia edificare disposuit, quam domino annuente ad perfectam quandoque deductam cum predictis areis Ecclesie Maiori beati Zenonis per manus traditorum Chunradi videlicet Filii Ottonis Ellenzen & Heinrici filii Heinrici Albi, legitime delegavit. Nos igitur ipsam traditionem nostre pri-

privilegio auctoritatis firmantes, ne in posterum dubietatis exinde scrupulus forte surripiat, presentem inde cartam notitie posterorum relinquimus: hoc adiecto ut predicta Ecclesia modis omnibus arbitrio prepositorum loci illius sit subdita, & ad nutum eorum ibi divina celebrentur. Huius traditionis hii sunt testes: *Rudegerus Castellanus, Heinricus frater Hugonis, Rudegerus miles, Perngerus miles, Hallenses quoque Otto Ellenze, Heinricus Albus, & filius eius Heinricus, Chunradus cum barba & filius eius Chunradus.* Et ut hec nostre auctoritatis pagina cunctis retro temporibus inconvulsa perfistat, nos hanc inde paginam conscribi & sigilli impressione nostri muniti iussimus. Actum Anno Incarnationis Domini MCLIX. Indictione XVI. Kal. Decemb. Anno Pontificatus nostri XIII. feliciter.

NUM. XII. Donationes variæ Eberhardi Archiepiscopi Salisb. Anno 1161.

In nomine S. & individue Trinitatis. Ego Eberhardus Dei gratia Salzburgensis Archiepiscopus. Dilectis in Christo filiis Dietmaro Hallensi preposito & fratribus suis in perpetuum. Ut in eterna tabernacula Christi pauperes nos colligant, de credito nobis iniquo mammona iuxta veritatis doctrinam eos amicos lucrari debemus. Itaque charissimi in Domino filii, ut ex affectu nostram apud Dominum causam agere debeatis, Ius pulsationis quod adversum vos habuimus, pro decima salis parte ingalgo Milchkazar & Lezinpinnte; que Richpero vobis iniuste delegaverat, que nostri iuris & dominicalis esse ab hominibus nostris sub Sacramento requisitis, hinc manifeste probatum est, quoniam idem Richpero *cum alterius esset conditionis* nostram vel familie nostre possessionem in suam proprietatem absque nostra conscientia nullomodo transferre potuit aut usurpare debuit, ideoque hec ad ipsum delegatio minime pertinuit: pro timore Dei & B. Zenonis reverentia

tia veſtreque karitatis, ut diximus amore omnimodo refutamus veſtreque utilitati firmo proprietatis iure perpetuo cedere confirmamus. Inſuper etiam addimus vobis molendina noſtra inundatione deſtructa, ut liceat vobis illa ibidem reparare, & ad uſum veſtrum cum qualibet utilitate transferre. Preterea quidquid anteceſſoris noſtri venerande auctoritatis Archiepiſcopi Chunradi donatione ſeu privilegii confirmatione iuſte in preſentiarum poſſidetis: ſicut pratum in Crucepuhil & cetera, benigno favore concedimus & auctoritate Dei & noſtra vobis confirmamus & preſenti pagina ſigilli noſtri impreſſione roborata cum ſubſcriptis teſtibus aſtipulamus. Romanus venerabilis Gurcenſis Epiſcopus: Hugo maioris Eccleſie prepoſitus. Heinricus Abbas S. Petri. Udalricus Chimenſis. Heinricus Berhthersgadmens. Rudbertus Werdenſis. Willehelmus Wiarenſis prepoſiti. Decanus quoque maioris Eccleſie Meingotus & Prior S. Petri Wereinherus. *Fridericus de Hunesperch. Babo de Eringen. Hartman de Nuzdorf liberi. Marchwardus de Uzilingen. Wolfram de Arhpholdeshaim. Volcholt de Aschue. Udalricus & fratres eius Chunradus & Beringerus de Chalhaim.* & alii quam plures. Actum anno ab incarnatione Domini MCLXI. indictione IX. die Kal. Iunii. Anno noſtri pontificatus XV. Salzburgi feliciter. Amen.

NUM. XIII. Bulla confirmationis Alexandri III. Papæ Anno 1169.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Alhardo prepoſito Eccleſie Hallenſis eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu Religionis, nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit apoſtolice auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum quieti, & tranquillitati auxiliante Domino ſalubriter providere. Eapropter dilecti

in

in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar predeceſſorum noſtrorum S. recordationis Eugenii & Adriani Romanorum Pontificum, prefatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, &c. Statuimus, ut in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam canonicam profeſſi fuerint, nulli omnino poſt factam canonicam profeſſionem exinde liceat ſine communis congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere, niſi ad maiorem Religionem eum conſtiterit aſcendiſſe. Sane ipſa plebs Hallenſis, ſicut a iam dicto Conrado Archiepiſcopo canonice ſtatutum eſt, a nullo ſucceſſorum ſuorum vobis auferatur, ſed in diſpoſitione prepoſiti veſtri permaneat. Adhec adiicientes ſtatuimus, ut cappelle, que infra terminos parochialis Eccleſie Hallenſis fundate ſunt, ſicut ab ipſo Archiepiſcopo rationabiliter proviſum eſt, Matrici Eccleſie ſubiaceant. Novas autem absque aſſenſu Diocœſani Epiſcopi, & veſtro in ipſa Parochia cappellas edificari prohibemus. Preterea exemptiones perſone tue, & Eccleſie tibi commiſſe a ſubiectione Salzburgenſis Archidiaconi, ſicut a prepoſito Archiepiſcopo ſtatutum eſt, privilegiis anteceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum rocoratum tibi, & per te Eccleſie tue auctoritate ſedis apoſtolice confirmamus. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepoſito, &c. Decernimus ergo, &c. Siqua in futurum, &c. Datum Benevent. per manum Gerhardi Sancte Romane Eccleſie Notarii, Calendas Iulii, indictione II. Incarnationis Dominice anno MCLXIX. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. Anno X.

NUM. XIV. Privilegium Imperatoris Friderici I. An. 1170.

In nomine S. & individue Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialem Maie-

ſtatem noſtram decet, ut ſicuti divina bonitas bona temporalia liberaliter ſua gratia nobiscum diviſit, ſic divine miſerationis intuitu loca Deo dedicata & pauperes in eis deſervientes oculis miſericordie reſpiciamus, & ut poſt tranſitum temporalium eterna nobis bona conferat, eccleſiis & Chriſti pauperibus temporalia pro eternis largiamur. Devotas itaque Salzburgenſis Eccleſie & Populi Hallenſis preces admittentes, conſiderantes etiam periculum, quod ville Hallenſi fluvius Salza imudatione ſua ſingulis annis minabatur, communis utilitatis ac neceſſitatis intuitu conceſſimus, ut in fonte ſalis, retractis paululum hinc inde inferioribut aſſeribus, in angulo qui vulgariter Huntbrunneſerote appellatur, locus fieret, ad ponendum novum aſſerem, quem Hallenſes vocant *Werchpret*, ipſumque locum Eccleſie S. Zenonis hac ratione perpetuo iure donamus, ut prepoſitus & eiusdem Eccleſie fratres de reditibus predicti aſſeris ab alluvione fluminis fontem villamque deinceps oppoſitis munitionibus defendant, & ſi quid operis ſuperfuerit, *in* uſus eorundem fratrum pro imperii & anime noſtre ſalute *inviolabili* iure conſervetur. Preterea iam dictam Eccleſiam S. Zenonis in protectionem, ac defenſionem imperialem ſuſcipimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, vel quecunque bona in preſentiarum eadem Eccleſia legitime poſſidet, vel in futurum quibuslibet iuſtis modis adipiſci potuerit, neceſſitatibus fratrum ibi Deo famulantium pro futuro modis omnibus illibata permaneant. Ut autem hec nulla valeant obrui poſterorum oblivione, hanc paginam ſuper his ſcribi ac ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Adhibitis in teſtimonium eis, quorum ſententia, & petitione geſta ſunt hec, quorum etiam nomina ſubtus ſunt annotata. *Otto Palatinus Comes de Witlinespach. Dietpoldus Comes de Liſſamunde. Comes Meingoldus de Veringen. Degenhardus de Halenſtein. Eberhardus de Urikendorf: Wolframmus de Dorenperch. Heinricus de Stoupha. Altmanus de Auenſperg. Ulricus de Wikershoven. Heinricus Marſcal-*

calcus de Papenheim. Arnoldus de Biberbach. Ulricus de Huſen. Meingotus Caſtellanus Salzburgenſis. Chuno Caſtellanus de Werven. & frater eius Ethico. Ekkehardus de Tanna. Luipoldus de Walde. Dietmarus de Abaim. Marchwardus Uzelingen, & alii quam plures. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Heinricus cancellarius vice Chriſtiani Moguntini Archepiſcopi recognovi. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXX. indictione tertia ; regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno regni eius XVII. imperii vero XV. Datum Salzburch VIII. Kal. Martii feliciter. Amen.

NUM. XV. Donatio Heinrici Leonis Ducis Bajoariæ. Anno 1172.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Heinricus Dei gratia Dux Bauwarie, atque Saxonie. Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam future etatis ſucceſſoribus, qualiter nos ob amorem divine pietatis fratribus Eccleſie S. Zenonis, Deo, & ſanctis ibi patrocinantibus, in Deo iugiter famulantibus, aquam unam in ſalina Halle de aſſere uno haurienda abſque omni angariatione, & *promulgatione* ſententie, quam nos in eandem aquam habuimus in tranquilitate, & abſque alicuius opponente contrarietate poſſidendam permiſimus. Si vero huius aque traditionis voluntas noſtra varietate temporis, aut diſpenſatione Conſilii immutata fuerit, centum talenta prefatis fratribus reddemus, & nos in ſupra dictam aquam ſententiam, ſicut iuſtitia dictaverit, dabimus, & eisdem fratribus pari forma, quantum iuſtitia dictaverit in iudicio noſtro ſententiam in eandem aquam dandam non negabimus. Ut vero huius pagine ordo in ſupradicto conditionis pacto ratus, & incommutabilis permaneat, teſtimonialis noſtri impreſſio ſigilli eum corroborat.

Qui autem huius dispensationis ordini intererant, eorum nomina hec sunt, *Comes Pertoldus de Andehse*, *Otto Maior Palatinus de Wittelinespach*, *Heinricus de Stouphe*, *Eberhardus de Frichindorf*. Data Ratispone An. Dom. Incarn. MCLXXII. Glorioſiſſimi autem *Henrici Ducis Bauwarie & Saxonie* Anno peregrinationis primo. Baldwinus Notarius Domini Ducis assignavit.

Sigill. vid. infr. Sigill. Tab. I. n. 3.

NUM. XVI. Donatio prædii Incell. Anno 1177.

In nomine S. & individue Trinitatis. Ego Conradus S. Iuvavensis Ecclesie Archiepiscopus, & Apostolice sedis Legatus. Quandoquidem Christus, cum dives esset, pro nobis pauper factus est, ut nos illius inopia ditaremur, sic nobis intelligendum est super hunc egenum, & pauperem, ut & vestigia humilitatis eius imitari studeamus, & in fratribus suis minimis, ubi eget, & pauper est, benefacere non negligamus. Itaque pauperes Christi *Hallenses* Canonici, cum clamarent ad nos, aurem benignam protinus apponentes eorum vocibus, effectum petitioni ex Pontificali munificentia prestitimus, ipsisque misericordiam fecimus, ut in die malo liberante nos Domino misericordiam inveniamus. Proinde tradimus omnipotenti Deo, beateque Dei genitrici Marie sanctoque Zenoni, & supradictis fratribus predium unum, & Sylvam, quod Incella dicitur, quod beneficium erat Comitis Cunradi, quod ipse nobis manu sua resignavit, ea de causa, ut predicte Ecclesie traderemus. Quod ita distinctum est in Terminis suis, qui iustis nominibus exprimuntur: Chympergisdorf, Munechisfurt, Grunethal, Rintpachis, Ursprinch Aschecke; Peutaris. Huius inquam predii donationem facimus cum omni iure nostro, quod ibidem habuimus, vel habere possumus, & omni utilitate, quam ad presens ibidem

dem inveniunt, & in posterum consequi possint. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve Persona hanc nostre institutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini nostri IEsu Christi aliena fiat, atque in extremo examine flaminis ultricibus tradita, eterne damnationi subiaceat. Et ut hec nostra delegatio facta pro remedio animarum predecessorum nostrorum, & nostre salvationis obtentu rata sic ac firma in futuras generationes, auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus S. beateque Dei genetricis Marie, sanctique Zenonis, nec non Patris nostri Rudberti, & nostra presentem paginam stabilimus, & astipulatione subscriptorum testium corroboramus. Quorum ista sunt nomina: *Helmbertus Prepositus de Werde, Udalricus Prepositus de Illmunster, Wilhelmus Prepositus de Wiare, Cunradus Comes de Bilstain, Comes Syboto de Nuinburch, & filius eius Chuno, Otto filius Hadmari de Chuffarn, Sibotho de Surberch, & frater eius Meingothus Castellanus, Wilhelmus de Wagingarberg, Luitpoldus de Walde, Heitfolc de Veluwen, Otto de Pongau, Cunradus de Walde, & fratres eius, Otto, & Heinricus, & Luipoldus. Marchwardus de Forchtenstein, & Frater eius Rudgerus. Eberhardus de Helspouwe, Hermanus de Hirzberch, Marchwardus, & frater eius Hermanus de Vagir, Ortolfus de Tolet, Cunradus de Holzhusen.* Acta sunt hec anno Incarnat. Dom. milesimo, centesimo, septuagesimo septimo

XII. Calendas Octobr. Data per manum Dom. Rudgeri, Notarii D. Cunradi Archiepiscopi Salzburgensis, Apostolice sedis Legati.

NUM. XVII. Confirmatio Alberti AEpisc. Salisburgens. Anno 1184.

Albertus Dei gratia Salzburgens. omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Fideles nostros quoslibet nobis devotiores, & ad serviendum fore promptiores credimus, si petitionibus eorum iustis aures nostre benevolentie accommodemus, & ea, que iuste adeptionis titulo per nostram munificentiam obtinere merentur, ipsis Privilegii nostri scripto & auctoritate roboremus. Eapropter universitati presentium & futurorum notum esse volumus, quod nos cuidam civi Hallensi Ottoni videlicet fororio Chunradi, qui dicitur Pater noster, ob suorum frequentem exhibitionem obsequiorum in proprietatem dedimus, & presenti pagina confirmavimus bona quedam in Halla, domum videlicet dimidiam & predium in fonte salis in loco qui dicitur Huntgalge, que ex monte *Luitoldi* Grossi soceri ipsius Ottonis cesserant in nostram proprietatem. Ut autem hec nostra traditio Ottoni pretaxato firma & inconvulsa permaneat, paginam hanc inde conscriptam sigilli nostri impressione roborari precepimus. Testes quoque, qui interfuerunt, sunt hi: *Gundacher Prepositus Maioris Ecclesie in Solzpurch. Meingotus Castellanus, & frater suus Siboto de Surberch. Dietmarus de Aicheim, & filius eius Luoitoldus, Lutewinus, & frater suus Heinricus de Gebeningen, Ruodgerus Vicedominus, & fratres eius Marquardus, & Gerhohus, Volchmarus de Mulberch, Otto Witerwecce, & Kalhohus de Halla, Ekkehardus de Tanne, frater Wernhardus Camerarius, Ulricus de Atenate.* Actum in civitate Salzburgensi in claustro Canonicorum Maioris Ecclesie Anno Incarnat. Dom. MCLXXXIV. Pontificat. nostri XIV. *reditus vero & restitutionis, atque confirmationis nostre anno primo.*

Num-

NUM. XVIII. Confirmatio donationis Incellæ & aliorum bonorum. circa Anno 1191.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego Adalbertus Dei gracia Sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus apostolice sedis legatus dilectis in Christo fratribus Wichmanno Hallensi Preposito, ceterisque fratribus inibi regularem vitam professis in perpetuum. Cum suscepti regiminis officium imponat, cumque Karitas extensio nichilominus inducat omnibus Ecclesiarum provectibus nos diligentius intendere; domibus tamen Religiosorum, ne pre defectu stipendiorum Christi milites a Religionis vigore vacare contendant, arciori studio nos convenit providere. Ea propter dilecti in Christo fratres peticionibus vestris pro spe future mercedis aurem pietatis inclinamus, & Ecclesie Hallensi, in quo Deo servire professione canonica dispositis, predecessorum nostrorum beate recordationis Chuonradi Senioris, Eberhardi, Chuonradi Moguntini Pontificum vestigia sequentes, quidquid iuste donationis titulo possidetis, vel possidebitis, Ecclesiarum, Capellarum fundatarum, vel fundandarum regimini & iuri vestro in diocesi nostra permaneant, territoria prediorum cultorum, vel incultorum, seu aliarum quarumcunque possessionem conquisita scripto presentis pagine roborando confirmamus, & confirmando rata vobis teneri decernimus. Insuper Alodium quod Incella dicitur, cum terminis manifeste distinctis, cultis & incolendis, ac capellam sumptibus vestris in eodem loco constructam cum omni iuris integritate decimarum, ceterorumque omnium, que in presenti possidet, vel de futuro consequetur, pro remedio anime nostre & Predecessorum nostrorum tradimus omnipotenti Deo, sanctoque Zenoni, & supra dictis fratribus: petente hoc & consentiente maioris Ecclesie Preposito cum Chori Capitulo; quoniam Parrochiam in Vohendorf, in cuius terminis iam dicta Capella sita dinoscitur, cano-

canonice poſſederunt. Ad indempnitatem igitur prefate Parrochie dmidium Manſum Miſenbach in loco, qui Girichbuhel dicitur, a prememoratis fratribus recepimus, & pro legali concambio ad uſus matricis Eccleſie ordinavimus. Concedimus itaque preſenti Prepoſito Wichmanno, omnibusque ſucceſſoribus ſuis canonice ſubſtitutis, quatenus in prefata Capella, quam ab omni iurisdictione & diſtricto matricis Eccleſie eximimus, & liberam facimus, iuxta Dei timorem pro ſue voluntatis arbitrio non ſolum temporalia, verum etiam ſpiritualia libere ſecureque diſpenſent & ordinent. Statuimus ergo, ut nulli prorſus mortalium ſepe dictam Eccleſiam liceat temere perturbare, ſed omnia illibata ſibi cum pacis & quietis tripudio perenniter conſerventur. Si quis autem huius inſtitucionis noſtre paginam, quam forma ſigilli noſtri communimus, & Prelatorum noſtrorum, Cleri, Miniſterialiumque noſtrorum teſtimonii favore ſtabilimus, caſſare temptaverit, ultrices flammas, ſi non reſipuerit, in diſtrictiori examine ſine ſpe redemptionis ſuſtineat. Huius rei Teſtes ſunt: *Gundakarius maioris Eccleſie Prepoſitus, cuius favore ac peticione hoc ipſum privilegium datum & impetratum eſt, Rudolfus eiusdem Eccleſie Decanus. Heinricus Cellerarius, Wichoto Camerarius, Gotteſcalcus Cuſtos, Heinricus Plebanus cum omni Capitulo Chori, Wicboto Abbas de S. Petro, Marſilius Prepoſitus de Buomburc, Pertholdus Prepoſitus de Cella, Arnoldus Vicedominus, Meingozus Caſtellanus, & Sigboto frater eius de Surberc, Radegerus & frater eius Gerhohus de Uozelingen.* Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis M. centeſimo XC. I. Indictione IX. Regnante victorioſo & glorioſo Heinrico Romanorum Imperatore anno Imperii eius I.

NUM. XIX. Privilegium Cœleſtini III. An. 1194.

Celeſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Wichmanno Prepoſito Eccleſie S. Zenonis Hallenſis eiusque fra-

Margreth von Hofmühln. | Wilhelm v. Angern, nund auf Bruck | Maria Amalia von Molzer auf Brombach

Hofmühln. | Maria Anna von Angern,

fratribus tam presentibus ac futuris religiosam vitam professis in perpetuum. Quoties a nobis petitur, quod Religioni & honestati convenire dinoscitur animos nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus & prefatam Ecclesiam S. Zenonis in qua divino mancipati estis obsequio sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut &c. Preterea quascunque possessionis &c. Sane novalium vestrorum &c. Liceat quoque vobis Clericos & laicos, liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere & eos absque omni contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in vestra ecclesia professionem, nisi arctioris religionis obtentu, absque prepositi sui licentia liceat ab eodem loco discedere, discedentem vero absque communium Literarum cautione nullus audeat retinere. Libertates quoque & Immunitates antiquas & rationabiles consuetudines, Ecclesie vestre concessas & in capellis in parochia vestra sitis hactenus observatas, ratas habemus & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Inhibemus insuper ut infra fines parochie vestre nullus sine assensu Diocœs. Episcopi & vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis Privilegiis Romanorum Pontificum. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Chrisma vero, oleum Sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi a Diocesano Episcopo si Catholicus fuerit & gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, ea vobis gratis & sine pravitate aliqua volumus exhiberi. Sepulturam preterea ipsius loci &c. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepositi &c.

Paci quoque & tranquilitati veſtre paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra fines locorum veſtrorum, nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere & interficere, ſeu violentiam aliquam temere audeat exercere. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. Datum Lateran. per manum Cencii ſancte Lucie in Horthea Diaconi Cardinalis, Romane curie Camerarii XVII. Calend. Aprilis, Indictione decima tertia Anno Dominice Incarnationis MCXCIV. Pontificatus vero Domini Celeſtini Pape III. Anno quarto.

NUM. XX. Confirmatio donationis Incellæ. Anno 1195.

In nomine S. & individue Trinitatis. Ego Adalbertus Dei gratia S. Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus Wichmanno Hallenſi prepoſito ceterisque fratribus inibi regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum ſuſcepti regiminis officium imponat cumque karitatis extenſio nihilominus inducat omnibus Eccleſiarum provectibus nos diligentius intendere: domibus tamen religioſorum ne pro defectu ſtypendiorum Chriſti milites a religionis vigore vacare contendant, arctiori ſtudio nos convenit providere. Ea propter dilecti in Chriſto frates: *& reliqua de verbo ad verbum ſicuti N. XVI.* Statuimus ergo, ut nulli prorſus mortalium ſepe dictam Eccleſiam temere perturbare liceat, ſed omnia illibata ſibi cum pacis & quietis tripudio perenniter conſerventur. Per nos quoque Deo cooperante ipſam conſecrantes Eccleſiam eodem predio cum omnibus appendiciis ſuis & omni decimarum integritate, pontificali auctoritate, ac libéralitate in perpetuum dotatam eſſe decernimus. Siquis autem huius inſtitutionis noſtre paginam quam forma ſigilli noſtri communimus & prelatorum noſtrorum, cleri, miniſterialiumque noſtrorum teſtimonii favore ſtabilimus, caſſare tentaverit, ultri-

ultrices flamas, ſi non reſipuerit, in diſtrictiori examine ſine ſpe redemptionis ſuſtinebit. Ego Adelbertus Salzburg. Archiepiſcopus ſubſcripſi ego Gundacherus Salzburg. prepoſitus & Archidiaconus. SS. ego Rudolfus decanus maioris Eccleſie Salzburgen. ego Bernhardus Perhtersgedemen. prepoſitus. ego Sigbotto Chimenſis prepos. SS. ego Otto Bamburgen. prepos. & Archidiaconus. ego Berchtoldus Garzen. prepos. SS. ego Babo Owenſis prepos. SS. ego Albanus Seunens. Abbas SS. ego Aribo Reichſpergen. prepos. SS. ego Leopoldus Burenſis Abbas. SS. Acta ſunt hec anno incarnationis Dominice MCLXCV. preſidente Domino Alberto.

NUM. XXI. Donatio Parochiæ Kirchdorf. Anno 1197.

In nomine S. & individue Trinitatis ego Adalbertus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus. Dilectis filiis Chunrado prepoſito & canonicis regularibus in Halle in Eccleſia S. Zenonis conſtitutis in perpetuum. Pii Paſtoris & diſcreti congruit officio, ut perſonis religioſis & Deo dicatis benignum in ſuis neceſſitatibus favorem prebeat & petitionibus ipſorum quas iuſte & rationabiliter porrexerint annuere hylariter non abnuat. Eapropter dilectiſſimi in Deo filii paupertatem & penuriam loci veſtri in quo ad ſervitium Dei eſtis mancipati propter inſtantem precum veſtrarum commonitionem diligentius adtendentes inopie veſtre ob eterne remunerationis premium ex noſtra habundantia ſupplementum aliquod impendere ſtatuimus. Sperantes quod per hoc in eterna illa tabernacula per orationum veſtrarum aſſiduitatem & devotionem deduci mereamur. Divini itaque amoris intuitu ſimulque ob beati Zenonis Patroni veſtri reverentiam cum conſilio & aſſenſu meliorum ex clero noſtro & miniſterialium tradimus & confirmamus vobis veſtrisque ſucceſſoribus Parochiam Chirchdorf in Luikental ſitam cum cappellis dotibus & decimis

omnibusque ſuis pertinentiis ad eam legaliter reſpicientibus. Statuentes, ac huius cartule privilegio confirmantes, ut vobis veſtrisque ſucceſſoribus ex noſtre auctoritatis donatione libera ſit facultas & poteſtas de ipſa Parochia & ſuis pertinentiis pro loci veſtri & veſtra utilitate, pro veſtro ſupplemento inopie diſponere, ita tamen ut plebi eiusdem Parochie divina per idoneum ſacerdotem & vicarium provideri plenarie faciatis. Ut autem hec noſtra traditio inconvulſa ſtabilisque vobis in perpetuum permaneat: hanc cartam noſtro, & ſigillo ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptione munitam ad eterne ſtabilitatis memoriam conſcribi percepimus. Ego Berhtoldus maioris Eccleſie in Salzburk prepoſitus. ego Rudolfus eiusdem Eccleſie decanus. ego Chunradus Abbas ſancti Petri Salz. ego Wernhardus prepoſitus de Berthersgaden. Teſtes ſunt *Gotſcalcus de Huneſperch. Pabo de Eringen. Erneſt de Camera. Etich de Snattſe. Chunradus caſtellanus de Mildorf. Heinricus & frater eius Chunradus de Niuwenchirchen. Gotſalcus de Prunning. Chunradus de Stetenheim. Luitoldus de Aichaim. Ekkardus de Tanne. Heinricus & frater eius Luipoldus de Nochſtein. Otto & Heinricus & Luipoldus de Walde. Rudgerus & Marchwardus & filius eius & frater ſuus Gerhochus. Marchwardus de Vagra. Udalricus & frater eius Chunradus de Chalhcim. Alramus & filius eius Heinricus de Helpfowe. Volckmarus de Mulberch*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini MCLXXXXVII. Idus Iannuarii feliciter in Salzbucrh.

NUM. XXII. Donatio decimarum Incellenſium. An. 1199.

In nomine S. & individue Trinitatis. Ego Adalbertus Dei gratia S. Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, Apoſtolice ſedis Legatus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Divina diſpenſante gratia in adminiſtrationem Eccleſie noſtro regimini commiſſe vocati, non ſolum matrem, verum etiam filias ab ubere materno procreatas, provida deliberatione dignum duximus pro modulo

noſtre

noſtre facultatis ſublimare. Eapropter dilectorum filiorum noſtrorum prepoſiti Wichmanni, ceterorumque fratrum loci S. Zenonis in Halle precibus devicti, duas partes decimationis, que noſtro iuri accedere debuerunt, de novalibus in eorum predio, quod dicitur Incel in plebe Vohindorf, tam in cultis, quam in colendis ipſorum Eccleſie perpetuo iure contulimus, eandemque traditionem memorie fidelium tam preſentium, quam futurorum recolendam huic Chartule annotari, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Quisquis igitur huic deliberationi obviare preſumpſerit, Anathema ſit. H. r. t. ſ. *Arnoldus Vicedominus, Luipoldus Comes de Plaien, Meingottus Caſtellanus & frater eius, Sigboto de Surbere, Liupoldus de Walde & filius eius Hainricus, Chuno de Werven, Eckhardus de Thann, Rudegerus quondam Vicedominus, Wilhelmus Caſtellanus de Plaegin, Rudolfus de Snellenberc, Gotteſcalcus de Unzingen. Chuonradus de Grabinſtat, Otto, & frater eius Hainricus filii Hainrici Albi de Halle, Hainricus Lobheze.* Acta ſunt hec in Halle anno Incarnat. Dom. MCXCIX.

NUM. XXIII. Concambium cum Monaſt. S. Georgii Inthalens. Anno 1207.

In nomine S. & individue Trinitatis. Notum ſit in futurum tempus fidelibus Eccleſie, & univerſis fratribus in Monaſterio S. Zenonis conſtitutis. Quoniam cum Miniſtri S. Zenonis in Parochia S. Georgii in Intal in villa Tervens haberent predium, ſaginam vini annuatim miniſtrans cenſum, ſed & famuli Dei in monte S. Georgii conſtituti in Ruolandeſperch poſſiderent predium monaſterio S. Zenonis vicinius & expeditius ad ſerviendum, eundem ſed magis plenarie perſolvens cenſum; huiusmodi utriusque cenobii Proviſoribus componentibus, propter vie difficultatem, & latronum atque raptorum invaſionem, & propter utriusque cenobii miniſterii ſui difficilem advectionem utriusque prenominati predii, *Comite*

Heinrico in Mitterfelz, qui ipſum S. Georgio contradidit, conſentiente, & confavente agrorum & pratorum cultorum ac inculturum cum omnibus appendiciis ſuis factum eſſe concambium, ut quantum minus valere predium S. Zenonis indicatum erat, per IV. ſalis carradulas S. Georgio ſingulis annis perſolvendas equipararetur, & ſic concambium utriusque predii ab utroque cenobio in eternum indiſſolubiliter haberetur. Facta eſt autem huius concambitionis compoſitio in Monaſterio S. Georgii ante conſpectum Domini Ulrici eiusdem loci Abbatis, & fratrum ſuorum Eberhardi Prioris, & Reinhardi Presbiteri, & Remperti Cellerarii tota congregatione ſua volente & petente, & in preſentia Domini Paponis Prepoſiti S. Zenonis, & fratris ſui Rudolfi Camerarii, & domeſticorum ſuorum Friderici, Willehelmi cum conſenſu & voluntate totius ſue congregationis, ſed & hii qui ratam tractationem concambii viderunt, teſtes exiſtunt: *Chunradus, Sivridus, Fridericus, Hartmannus, Albertus, Richerus villicus de Tervens, & Hermannus, & Eberhardus, qui pennam levavit.* Quicunque ergo iniuſta fraudulentia vel violentia utrumque predium ab utroque cenobio dirimere preſumat, eterne dampnationi ſubiaceat. Scripta eſt autem hec Karta in cenobio S. Georgii altera die poſt factum concambium Anno Dom. Incarnat. MCCVII. VII. decima Kalend. Iunii, & Sigillo S. Georgii eſt communita Amen.

NUM. XXIV. Donatio quorumdam prædiorum in Galteina. Anno 1208.

Noverit omnium tam preſentium quam futurorum fidelitas, quod nobilis *Domina E. Cometiſſa de Bilſtein* pro remedio anime ſui *Mariti Comitis Sivridi*, nec non pro anima *filii ſui Comitis Friderici* tradidit Eccleſie S. Zenonis in Halle predia tria, apud Caſtune duo, quadrantem unum Chotshuowe, daz Ruthe Oberpuhele, tertium predium in Rureſee, quod vocatur Moſen, cum hominibus

